



A 231  
3

00. J.

Hist.  
III. C. 2

VL  
תנ  
DE

# VELIS TABERNACVLI ATQVE TEMPLI.

A V S P I C I I S

RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISS. PRINCIPIS REGII,

DN. FRIDERICI AVGVSTI  
ELECTORATVS SAXONICI HEREDIS

S V B P R A E S I D I O

IOANNIS CHRISTOPHORI  
VVICHHANNSHAVSEN,  
LL. OO. PROF. PVBL. FACVLT. PHIL. SENIORIS,  
ET BIBL. ACAD. DIRECTORIS.

I N A V D I T O R I O M A J O R I

D. XXIII. JUL. A. O. R. MDCCXVIII  
P V B L I C E C O M M E N T A B I T V R

A V C T O R

IOANNES PETRVS BRASCHIVS,  
PARCHIMO-MEGAPOLITANVS.

---

VITEMBERGAE, PRELO SCHROEDERIANO, ACAD. TYP.

V I R O  
S V M M E R E V E R E N D O  
M A G N I F I C O E X C E L L E N T I S S I M O Q U E  
D O M I N O  
**HENRICO ASCANIO**  
**ENGELCKEN**  
D O C T O R I T H E O L O G O L O N G E  
C E L E B E R R I M O  
E T  
E C C L E S I A R V M P E R D I O E C E S I N  
P A R C H I M E N S E M S V P E R I N T E N D E N T I  
G R A V I S S I M O M E R I T I S S I M O  
P A T R O N O S V O O P T I M O M A X I M O  
H A S A C A D E M I C O R V M S T V D I O R V M  
P R I M I T I A S  
S A C R A S E S S E C V P I T  
S E Q V E A C S T V D I A S V A S V B M I S S O  
A N I M I C V L T V  
C O M M E N D A T  
I O A N N E S P E T R V S B R A S C H I V S  
P A R C H I M O - M E G A P O L I T A N V S.

## CAPVT I.

### DE VELIS TABERNACVL

#### SECTIO I.

##### DE VELO SANCTI SANCTORVM

###### §. I.



ulta, eaque admiratione dignissima, in cultu *Leritico*, a Sanctissimo Numine, olim sancta fuisse, omnes, quotquot, super arduo hoc negotio, quaedam commentari sunt, sponte nobiscum profitentur. Ut enim sacrificia, sacerdotum ordines, atque splendidissimum omnium actionum, ceremoniarumque, cultui huic adpropriatarum, apparatum, sicco, quod dicitur, pede jam nunc praeteream, magnifica sane, & quae partes omnes, longe splendidissima *Tabernaculi* eaque *Mosaici*, & utriusque *Templi*, *Salomonei* puta, & *Herodiani*, constructio, assertionem nostram abunde satis confirmat. Hoc vero dum asseveramus, plane non morramur *Jo. Spenzerum*, (a) Virum in sacris, ubivis fere, profanum, quando affirmare is non veretur, quasi sanctissimi hujus palatii constitutio non ab ipso Deo primitus adinventa, sed ab *Egyptiorum* potius, a iarumque Gentium, moribus mutuo accepta, atque repetita, fuerit.

A 2

Sublesta

(a) de Legibus Ebr, Riquibus L. III, Dissert. VI. C. 2.

Sublestā enim, &, impietatis plena, haec hypothesis est, utpote quae ira summis commisceret, & gloriam, supremo Numini debitam, Satanae, hosti ejusdem infensissimo, assignat. Altiorē sane, quam *Anglus CL.* judicat, res haec prae se ferebat originem, siquidem sapientissimus architectus, in celeberrimo hoc aedificio exstruendo, non perverso Israelitarum ingenio, quod falso sibi persuadet *Clericus*, (b) induxit, sed id potius unice intendit, ut, sub schemate quodam augustissimo, excellentem Ecclesiae *Novi Testamenti* statum, atque faciem, quadantenus repraesentaret. Si enim quis in rem hanc, paullo penitus, introspectat, & moderna tempora cum antiquioribus circumspete componat, haud difficulter is reperiet, quod nulla domicilii hujus sanctoris, & artificiosissimi, particula propemodum reperiatur, quae non foederis recentioris donum, & beneficium, quoddam peculiare, ambitu suo, involvat. Provocare hic poteramus, ad *Sanctum Sanctorum*, *Arcam*, *Propitiatorium*, variique generis, atque ordinis, vela, & ea quidem potissimum, quae, sub *Atrii*, *Sanctuarī*, & *Sancti Sanctorum* introitu, suspensa, atque conspicua, fuerunt, utpote quorum nitor, & elegantia, non iutuentium solummodo animos multum percellebat, imo attonitos quasi habebat, sed quae grande insuper mysterium, figura, atque umbris suis, indigitabant. Quare cum inter Eruditos haec tenus reperti fuerint non pauci, qui de variis cultus *Levitici* partibus, copiosiss., & ex professo, dicere instituerunt, operae pretium me facturum esse arbitratus sum, si quales quales meas, quas de Velis

(b) *Comment. in Exod. C. XXVII.*

Velis Tabernaculi, atque Templi, conceperam meditationes, cum publico, in quod prodeundum erat, stricium communicarem, & quae aliorum, super hoc themate, sit sententia, modesta *οὐχίτης* investigarem. Ne vero extra oleas vager, sed justos potius intra limites me contineam, rem omnem ita informabo, ut ante omnia, in Vela Tabernaculi, & Ejusdem quidem potiora tria, *Vellum* scilicet *Sancti Sanctorum*, *Tabernaculi* ipsius, sive *Sanctuarii*, & *Atrii* demum *Velum*, pro instituti ratione, inquiram, & his ita praefructis, pauca insimul de *Prioris*, ac *Posterioris*, *Templi Velis*, divina annuente gratia, in medium producam.

§. II. Ut ergo promissis stemus, & a *Sancti Sanctorum* *Velo* exordium capiamus, dilucidam istius descriptionem MOSES, *Exod. XXVI*, 31. 32. 33. ea ratione nobis subministrat, ut peculiari statim nomine, a reliquis duobus, idem istud, sollicite, distinguat. Est autem nomen illud *ברכת*, in cuius derivatione, radicisque assignatione, Critici non concordant, sed in duas minimum, easdemque non parum a se invicem distinctas, sententias discendent. Magni nominis Vir, Buxtorfius, &, qui cum isto hic sentit, *Marius de Calasio*, (c) nomen deducendum esse existimant a *ברך*, quod *duritatem*, *ferociam*, *rigorem*, *collisionem* item, atque *communitionem*, denotat, siquidem *Exod. I*, 13. 14. dura, & misera, *Iraelitarum*, in *Egypto*, divexatio per eandem istam notionem exprimitur. Meditatio haec plausum nausta est non vulgarem, postquam Viri, in orientali literatura versatissimi, calculis suis eandem comprobare, & laudatorum duum virorum ve-

Itigis insistere, nulli omnino dubitarunt. In primis enim allegari hic a nobis merentur Antonius Reuchlinus, (d) Schindlerus, (e) Jo. Avenarius, (f) Jac. Guseius, (g) Ludovicus Thomassinus, (b) & Simon Patricius, (i) quibus ipsum etiam Edmundum Castellum (k) ad sociamus. Ut cuncte autem haec se habeant, Jo. Försterus (l) minimum, hac nomenclatura contentus non fuit, sed in aliam, &, suo quidem judicio, meliorem, ac scopo rei accommodatiorem, viam ingressus est, quando ad metathesin, sive transpositionem aliquam, literarum confugere Eadem hic locorum allubuit. Ille enim כְּפָרְתָּה non a כְּפָרָה, sed a כְּפָרָתָה potius ita derivat, ut כְּפָרָה, quod idem est ac tegere, operire, abscondere, obscurare & occludere, radicem insimul istius constituar. Figidam huic suffundere quadanterus visus est Jo. Mererus, (m) qui tamen, utraque in medium proposita sententia, cautelam §. IV. allegandam, insimul commendat.

§. III. At enim vero, si aequiori bilance duum virorum horum rationes quadanterus ponderemus, liquido constabit, tanti illas non esse, ut simpliciorem, communiorumque, Buxtorfi opinionem, ea de causa, deferendam esse existimemus. Quamvis enim significatio כְּפָרָתָה, & radix כְּפָרָה, nostro vocabulo favere quodammodo videantur, nondum tamen, ad animum nostrum, plane, pleneque, convincendum, eadem ista sufficit. Sit ita, quod כְּפָרָתָה tegumentum, sive operculum, arcæ significet, probandum nihilominus insuper esset, quod Spiritus S. per כְּפָרָתָה, vocem, immediate, ad occultationem respicere voluerit.

(d) Concord. Ebr. (e) Lex Pentagl. (f) Lex. Ebr. (g) Comment. L. S... (h) Glossar. Univ. Ebr. (i) Comment. in Exod. (k) Lex Heptagl. (l) Diction. Ebr. fol. 303. (m) Thesauro L. S.

voluerit; & non potius generali, פֶּטֶן, vocabulo, quod eodem isto, quem *Försterus* intrudere conatur, significatu gaudet, & reliquis etiam duobus velis tribuitur, hic quoque locorum uti voluerit. Neque etiam ad *Mercerius* suffragium tuto vix quisquam, hac in causa, se recipiet, posteaquam iste, argumenta, & verba, *Försteri* allegasse contentus, ad alia se non diffundit. Nondum itaque loco suo mota est *Buxtorfi* opinio, per quam, methodo naturali, פְּרִיכָּת radix nomen פֶּרֶה constituitur; sed invicta potius adhucdum triumphat. Nomina enim, pronomina, & particulas, vices radicum similiter sustinere posse, *Grammatici*, certatim, adnotant. Et si hoc omnem scrupulum nondum eximat, aditus tamen ad Lingam quoque *Chaldaicam* nobis patescit, quae, matre ad penuriam redacta, inter divitias suas, originarium פֶּרֶה, constanter retinet. Idem autem ibidem valet, ac *Objicere* ad *opponendum*, *quaerere*, *frangere*, *rumpere*, *abrumpere*, *disrumpere*, *diruere*, *excindere*, & *succidere*, id quod vel ipse EDMVNDVS CASTELLVS nos edocuit. His semel suppositis, in causam, haud difficuler, imo tuto, penetrabimus, quare Spiritus S., ad describendum Sancti Sanctorum velum, vocem פְּרִכָּת adhibere voluerit. Insigniter enim durum, & ferox, ex *Avenarii*, & *Patricii*, mente, hoc ipsum velum fuit, &, ut *Castellus* refert, quatuor digitis ita densum, ut nemini esset perlucidum.

§. IV. Misso, igitur, antisper *Försteri*, cum *Mercerius* tamen eatenus hic sentimus quod sedulo, & omnino, cavendum sit, ne פְּרִכָּת cum כְּפָרַת temere hic confundamus. Utut autem *Mercerius*, infirmiori hypothesi ininxus, solidam hujus sui asserti causam neque adducat, neque

neque adducere etiam, forsan, poterat; Nos tamen non radicum solummodo diversitatem, sed & significationis discrepantiam, constanter hic urgemos, strictimque insimul monemus, quod a scopo etiam nimis longe iste aberraret, qui velum, in aditu Sancti Sanctorum suspensum, cum operculo arcae, post velum repositae, confundere, resque adeo, a se invicem distinctissimas, turpiter commiscere non vereatur. Addimus, quod caute hic attendendum sit, ne פָּרְכִּיָּה, in multitudinis numero, pro velis, simpliciter, accipiamus, sed, ex Doctorum mente, pro talibus, quae, ut Mercerus loquitur, ad testi ornamenta adhibentur, & sub Custodum nomine veniunt.

§. V. CHALDAEVS vocem autem, cui pro more & in fine addit, retinens, per פָּרְכִּיָּה; SYRVS per פָּרְכִּיָּה, quod proprie expansum, demensim, a פָּרְכִּיָּה, expandit, extendit, stravit, ut CAROLVS a SCHAFF (n) docet, designat; ARABS autem per פָּרְכִּיָּה, quod, GOELIO (o) teste, tbalamus sponsalis est, cubiculum item, velis, folioque, adornatum, ut & solium, in quo cpmpta considerit sponsa, a פָּרְכִּיָּה subfultim incessit, cornicis more, compedibus vinctus est; hie se exprimunt; quibus Rabbinos deum, qui, Ebraico parum immutato, פָּרְגּוֹנָה, notionem usurpant, subjungimus. Usus hac eadem, & hic locorum, est, Drusio referente, R. Jonathan, ubi Salomo, prae ceteris quidem, adnotat, quod in Lingua Sapientum τὸ Περγον rem, quae inter Regem & populum distinguit, indicet, quem eundem significatum nostro quoque פָּרְכִּיָּה attribuit. Graeci & hic suum usurpant καταπέτασμα, quo Velum, sive obtentum aliquod, atque objectum

(n) in Lex. Syriaco Concord. (o) in Lex. Arab.

*objectum, quod asperatum arceat, JVNIO* (p) *observante,*  
*vulgo innuitur. GROTIUS* (q) *κάλυμμα, & καπαπέτα-*  
*σμα, ita a se invicem distinguit, ut illud velum exterius,*  
*in foribus basilicae, hoc interius; ad adytum fuisse autu-*  
*met. PHILO* etiam (r), *distinguēt aulaeum, adyto op-*  
*pansum, vocat καπιτασμα; alterum autem, oppan-*  
*sum templo Sacerdotali, κάλυμμα. Conf. Matth. XXVII,*  
*51. Marc. XV, 38. Luc. XXIII, 45. & Ebr. IX, 3. ubi, in*  
*eodem negotio, καπιτασμα, a Spiritu S. adhibitum*  
*fuisse, deprehendimus. Ab ITALIS, per Una Cortina,*  
*a GALLIS, per Un Voile, & ab ANGLIS, per Un Vail,*  
*ullo absque commodo, autenticum exprimitur. Affine*  
*autem τὸν vocabulum est πέπλος, de quo, Sect. II,*  
*§. 1. & 2. paulo fusiis exponemus; item etiam יריעת-*  
*cujus frequentior, in Lingua Ebraica, usus est, quodve*  
*generale, & commune, istud nomen est, quod omnes,*  
*propemodum, aulaeorum, & velorum, species sub se*  
*comprehendit. Referenda huc quoque est notio מוסה,*  
*quae velum, splendida, gloriofamque, Mosis faciem*  
*tegens, indigitat, & quam LXX. per κάλυμμα, Hier. per*  
*velame, Onkelos. autem, per אפיקות בית domum faciei, in-*  
*terpretantur. Radix est πέπλη velare, licet in textu, ver-*  
*baliter, ista non reperiatur.*

§. VI. Evoluta nominis notatione in rem ipsam, pro-  
 prius, ut introspiciamus, &, primo quidem loco, *Veli*  
*Sanctorum dimensioni, tantisper, immoremur, ne-*  
*cessum est. Hoc vero, dum molimur, navim, remigio,*  
*& velis, quasi destitutam, periculo mari permittimus,*  
*quandoquidem, tacente Scriptura S., certi quid deter-*

B minare

(p) in Diction. Graeco-Lat. (q) Comment. in Epist. ad Ebr. C. VI.  
 v. 19. (r) de Vita Mosis.

minare, hic non possumus. Haec, ut ita sint, tentabimus tamen, utrum veritatem, longius discedentem, per transennam quasi, conspicere, & ex comparatione afferum Atrii, item Veli, ac totius denique Tabernaculi amplitudine, ad praesens negotium, quadantenus, illustrandum, aliquid eruere queamus. In designanda itaque tabernaculi capacitate, tutior omnino, in quam ingrediamur, via, ista esse videtur, ut, cum MELCHIORE LEIDEKKERO, (1) longitudinem Istius per triginta, latitudinem, per duodecim, & altitudinem per decem, cubitos definiamus. Haec enim assertio, firmiori, ut putamus, in Scripturis Sacris, fundamento innititur. Ista enim, Exod. XXVI. 18. 20. lateribus, quae longitudinem tabernaculi constituant, viginti ■ שׁר affres, tabulasque scetas, quarum quaeque sesquicubitum lata erat, adscribunt. Omnes autem hi viginti afferes, numerum cubitorum triginta, supra datum, exacte ita conscient. Eadem, res, ratione, ut accurate judicemus latitudinem, se habebit, siquidem & super hac, citati Capitis commata, 23. & 24. in primis autem sequens 25. nos informant. Sex enim afferum latitudo, addito tamen utrumque afferre angulari, (unde octo censi poterant) sic fabricato, ut utrumque latus, australe & aquilonale, firmius conjungi posset, occidentale latus concludebat. His, fundamenti loco, praestructis, de latitudine Veli Sancti Sanctorum, haud difficulter, quaedam divinabimus. Illud enim, posteaquam ipsum Sanctum Sanctorum, accurate, per istud, a reliqua tentorii parte, distinguendum erat, eadem cum Tabernaculo, duodecim scilicet cubitorum, latitudine instructum fuit. Altitudo hujus veli, prorsus

(1) Libr. VIII. c. 1. p. 550. de Rep. Ebr.

prorsus a nobis dimittenda esset, nisi iterum ad afferes,  
 & horum longitudinem, recurrere velimus. Cum au-  
 tem haec, juxta Exod. XXVI, 10. decem cubitorum fue-  
 rit, vel etiam Sancti S. altitudinem, plus minus, decem  
 cubitorum fuisse, hariolabimur. Ceterum, cum omne  
 hoc negotium, in justam cubiti mensuram, fere redundet,  
 cum affer unus sesqui cubitum, i. e. totum unum, cum  
 dimidia sui parte, requirat, omnino hic tenendum est,  
 quod, juxta vulgarem computum, duo cubiti unam vir-  
 gam, duodecim pedes, sive triginta sex pollices, lon-  
 gam, aequaverit, quodve adeo tabula, sive affer unus „  
 quisque, tribus virgae quadrantibus, sive etiam sesqui  
 cubito, instructus fuerit. Sed cum haec computatio, ad-  
 structurac magnificentiam, parum conferre videatur, in-  
 ter Anglos, repertus est CVMBERLANDVS, Episcopus Pe-  
 tersburgensis, qui in erudito, de Mensuris Scripturae,  
 Tractatu, quem PATRICIVS, (t)allegat, demonstrare an-  
 nius est, quod *Judaicus* cubitus non XVIII, ut vulga-  
 ris habet opinio, sed XXI pollices, longitudine sua, ex-  
 hibuerit, atque adeo, altitudo tabernaculi, longe augsti-  
 or, quam haec tenus quidem creditum fuit, extiterit: Nos,  
 cum alieni haec fori sint, suo quemque hic abundare si-  
 nimus judicio, & saltim adhuc monemus, quod, ad soli-  
 ditatem veli manifestandam, vix unicum argumentum  
 Scriptura S. nobis suppeditet, nisi quod, generalior vocis  
 סְכִנָּה significatio, eo nos deducat, ut opinemur, quod  
 tantae velum istud densitatis fuerit, ut lucis quidam ra-  
 dius, nulla ratione, istud transire, neque etiam Sacer-  
 doti, in exteriore tabernaculi parte constituto, objecta  
 Sancti Sanctorum, idem illud, repraesentare potuerit,

Rabbinis interim, si quae fides & hic habenda esset, densitas hujus veli ad quatuor digitos abiret, vel palmum etiam, sive contextum ex septuaginta filis, quorum quodlibet, juxta Codicem Schekalim C. VIII. §. 5. viginti quatuor filamenta habuit, conficeret, quod unde, nisi e proprio cerebro, hauserint, non liquet.

§. VII. Ad res ipsas, ex quibus velum hoc confectionum fuit, cum ordo nos deducat, autentica, in primis, verba, huc spectantia, allegabimus, quae v. 31. l. c. hujus sunt tenoris: פָּרָשָׁת הַבְּלִתָּה וְאֶתְגָּזֵן וְתֹלְעֵבָה : אֲשֶׁר מִשְׁבָּצֵב וְשָׁבֵב. Ante autem, quam in singulas notiones, pro instituti ratione, breviter inquiramus, probe omnino tenendum est, quod *Phisiologi*, propemodum ad unum omnes, hic locorum, *Ebraismum* quendam deprehendant, atque existiment, quod omnia, quae vocem ψω antecedunt, vocabula, pro Adjectivis accipienda sint. Conceptis hoc ipsum verbis fateatur DRVSIVS, quem certum, & magno agmine, sequuti sunt *Interpretes*. JVNIVS quoque & TREMELLIVS, in eandem concedunt sententiam, quando ita vertunt: Deinde facies velum ex hyacinthino, & purpureo, & cocineo dibapho, & xylinio intermixo: His non repugnat Eccius, cuius sunt sequentia: Mach auch ein Furhang von Jacinthen, Purpur, und Zvvirn geverbten Carmesin, und von gezvuirnten vveissen leine Faden. In eandem hanc viati Mogantinus, & ipse etiam B. L V T H E R V S, atque alii quamplures, ingressi sunt. Et sane, ut, quod res est, fateamur, genuinum, & unicum, hoc medium, ex tot difficultatibus emergendi, hic nobis reactum esse viderur. Ut enim itaque & nos eodem isto, & meditationes, ac conceptus nostros, eo dirigemus,

ut,

ut, ante omnia, super colorum varietate, deinde autem super materia, in quam, per diversas tingendi rationes, ista introducenda erat, tantisper dispiciamus. Inter colores excubias quasi agit, **תכלת**, **hyacinthinus**, cuius vocabuli radix non quidem in *Ebraeo*, bene tamen in *Chaldaeo*, idiomate hodie num extat, atque conservata est. Variis ejusdem significationibus, quas *Buxtorfus*, (u) recenser, missis, naturam, & constitutionem, coloris hujus Dd. *Talmudici* (x) quadantenus manifestant, quando ita istum circumscribunt. **תְּחִנָּה תְּכֵלֶת** מִנְיָן צַבְעִינִין סְפִנִּי שְׁתְּכִלָּת רַוְתָּח  
**מִכְסָה מִנְיָן צַבְעִינִין סְפִנִּי שְׁתְּכִלָּת רַוְתָּח לְרוּקָע :** *Quare diversus est color hyacinti praे omnibus aliis speciebus collorum?* *Quia* **תְּכֵלֶת** *hyacintibus similis mari, mare firmamento coeli.* Confonna his habet JOSEPHVS, (y) dum de velo *Babylonico*, ab Herode, in adyto *Templi*, suspenso, eodemque pretiosissimo, ac superbissimo, quod, suo loco, proprius contemplabimur, commentari quaedam instituit. Imitatus itaque hic color est gemmae, hujus nominis, splendorrem, id quod vel PLINII (z) etiam ista indigitant: *Ipse velut ex carbunculo resplendere quendam, in purpura, leviter roseum colorem, & fulgorem violatum dilutum.* Et hoc quidem, *Interpretes* quosdam, ut videtur, movit, ut nunc per coeruleum, uti MOGVNTINVS, nunc etiam per flavum, uti B. LVTHERVS, vocem hanc exponant. De altero autem colore, qui per **אַרְגָּזָן** indigitatur, ita judicant Critici, ut, *purpureum* istum esse, sseverent, quibus & *Rabbini* in eo, quod ruber iste sit, calcuum, ad unum omnes, adjiciunt, id quod, sub umbra D. *Praef-*

(a) *Lex. Talmud. fol. 259r.* (x) *Menachot. fol. 72. col. 2.* (y) *de Bello Jud.* (z) *Hist. Nat. Libr. XXXVI. cap. X.*

dis, (a) nuper admodum, latius diductum fuit. *Purpuram* interim, atque *coccum*, *purpureumque*, ita & *coccineum colorem*, insinuiter, à se invicem differre, id, prae ceteris quidem CASPAR SAGITTARIVS, (b) solide demonstrat. In eo enim, sedulo, occupatur VIR CL., ut, qua materiam, qua colorem, qua usum, res has distinguisstimas esse ostendat. Ipsa purpurae matrix conchae marinae fauces erant, quo super negotio PLINIVS, in primis, a laudato *Auctore* excitatus, consuli meretur. Species autem purpurae tres potissimum reperiuntur, πορφυρίς scilicet, colore *amethystino*, *violaceo*, *janthino*, & *hyacintino* quodam genere insignita, item τυριά πορφύρια, sanguinem concretum referens, ac denique ἀλυγός, in qua, judice *Platone*, ἐρυθέων οὐλανί λευκῷ κέρασι rubrum cum albo, nigroque, permixtum erat. Secundum inter purpuras halsce, locum tenens, a duplice, quam admisit, tinctura, dibapha dicta, & à Scriptoribus, pretiosissima habita est. Quamvis autem, quaenam, praecise, purpurae species velo nostro tribuenda sit, tacente, & nullum nobis fundamentum suppeditante, *Scriptura Sacra*, determinari omnino nequeat; intrepide tamen affirmare nobis licebit, quod media, a *Tyro* denominata, locum plane hic non inveniat, siquidem *Tyrus*, ex supputatione JOSEPHI, CCXL demum annis, antequam fundamenta *Templi Hierosolymitani* jacta sunt, condita est. Fuit ceteroquin, ut probabiliter opinamur, color, per τυριά notionem suppeditatus, isti non assimilis, quem GERMANI *Braunroth*, *dunckelroth*, nuncupant, ut adeo *LVTHERVS*, non male, hanc vocem per *Rosinroth*

(a) *Dissert. DN. M. Cleffelii de Baltheo Sacerd. C. II, §. 8.* (b) *Diss. de Rubra J. C. Chlamyde Cap. II.*

finroth explicasse videatur. Ad ultimum demum colorem, qui נִירָה I. coccineus dibaphus, nuncupatur, generatim adnotamus, quod iste color, ut ESAIAS C. I. 18. nos edocet, omnino ruber, non autem alias quidam extiterit. Posteriori aevo, Scarlati nomine, colore hunc indigitatum fuisse, BRAVNVS (c) erudite, velinde, conjicit, quod scarlatum, & Tyrius color, unum, eundemque, colore inferant, siquidem Sar, vel, Sarra, Tyrus, lacea autem color ruber, sit. Quid RABBINI de hac notione sentiant, id, ne actum agere videamur, vel eam ob caussam, ordine hic recensere supersedemus, quod in Diff. supra allegata, copiosius, jam tum, haec discussa sint, qui ceteroquin obiter, solummodo, hic monemus, quod, plane absurde, judicet ABARBENEL, quasi ferici hic color nativus sit, & per tinturam plane non producatur, quo de etiam BOCHARTVS (d) conferri merebitur. Id saltem adhuc memoramus, quod נַרְעָה & נַרְעָה vermiculum quendam denotet, qui, ut sanguis ejusdem elici possit, contundi debeat, ex quo firmissime etiam, quod color hic coccineus fuerit, concludi potest. Mater ipsius, non, ut purpurei, concha, sed potius frutex est, eius descriptionem perfectiorem, a Diſcoride adornatam, SAGITTARIVS simul exhibit. Hic frutex duobus oculis instructus est, quos tamen SALMASIVS non tam pro fructu, quam pro scabie, & excremento, fruticis habendos esse existimat. Ceterum, cum diu, tumque, Eruditos inter, super eo, acriter disputatum fuerit; Utrum, scilicet, ex ipsis vermiculis, an potius ex vaginulis, vel etiam ex utrisque, tinctura ista eliciatur, nos quidem haud aegre, cum Sagittario, sentimus, &

cx

(c) de Veff. Sacerd. Ebr. L. I. C. XV. (d) Hieroz. P. II. L. IV. C. XXVII.

**ex** vermiculo, in primis, istam praeparari contendimus. Fuit itaque hic color, *röthlich hell, hochroth*, & ut **LVTHERI** quoque transposito utamur, *Skarlaken*, quem ipsum hodie ab *Arabico*, *Kermes*, *Kermesinum* appellare solemus. Adjectur denique τὸ ἀλυτόν notio ψεῦδος ad indicandum, quod materia hujus veli, hoc colore, distincta fuerit. Notat enim ψεῦδος omne *dibaphum*, sive, *b. finetum*, a τὸν ψεῦδον, quod praeter alios significatus, iterandi etiam significatum repraesentat.

§. VIII. Materia ipsa hujus sanctissimi veli, per ψεῦδον vocabula, indigitatur. Multa, eademque notatu dignissima, *Critici* de hac, hinc atque inde, commemorant. *Interpretes* vocem ψεῦδος, vel per *byssum*, vel per *xylinum*, communiter, exponunt. De *bysso* autem sermonem plane hic non esse, vel ex eo conficitur, quod Veli nostri materiae colores variii assignentur, quales tamen *bysso* adscribi non possunt, siquidem haec, nullo unquam colore imbuta, ut communis habet opinio, candore in suum proprium, semper sibi servat. Res ipsa itaque exigit, ut, cunctis reliquis, sententiam de *xylino* preferamus, quoniam scilicet hoc ipsum, cum densitate Veli, aptissime componi poterit. Hoc vero dum asseveramus, nequaquam eo prolabimur, ut insimul etiam existimemus, quasi ψεῦδος *gossypium* nostrum sit, cu[m] tot, tamque variae, *xylini* reperiantur species, ut numerus earundem iniri vix queat. Ad tabernaculi interim splendorem, si occulo limatiōri, tantisper insimul, attendre velimus, sponte deprehendemus, quod per τὸ ψεῦδον, non abjecti quid, aut vilior quaedam lanugo, sed omnium potius pretiosissima (cum in tabernaculo, & templo, omnia fuerint τὸ חַמְבָּחֶר, *ex optimo*), indicetur, & istiusmodi, quae si ipsum sericum

sericum, bonitate sua, non supereret, proxime tamen ad idem istud accedat. Respectu, itaque, ad valorem habito, non, admodum, improbanda erit LVTHERI versio, quando, per gezvirnte Seide, mentem suam hic exprimit. Debebat, vero, hoc ψψ, xylinum, insuper esse משור contortum, conduplicatum i. ex filo duplicato, vel, ut R. David, ex mente Magistrorum, docet, sextuplicatum, aut sexies plicatum, ita, ut τὸ ψψ, quod semper τὸ משור comitatur, utrumque significatum, quo & xylinum, & sex, designat, ambitu suo, hic potissimum locorum, complectatur. Vt cuncte autem, numerus filiorum, se habuerit, certum est, quod fila, ex ψψ deducta, variis ipsis, quos hactenus, ordine suo, recensuimus, coloribus, byacinthino nempe, purpureo, & coccineo, infecta fuerint. Illud, obiter saltem, adhuc monemus, quod, si ad τὴν ψψ nativam albedinem insimul, in versione, hic respicere velimus, cum B. LVTHERO, plane non peccemus, aut in sacras literas simus injurii.

§. IX. Materiae dignitati, & excellentiae, respondere etiam debebat opus. Quare cum ista pretiosissima esset, opus etiam requirebatur artificiosissimum, id quod authenticā, שׁוֹרְכָתִים, clarissime manifestant. Innuit enim, בְּשַׁר vocabulum, sapientem, & cogitabundum, artificem, utpote, quod significatum suum arcessit a בְּשַׁר, quam radicem, Lexicographi, per sapienter cogitare, ingeniose excogitare, ratiocinando investigare, imputare, reputare, supputare, cogitando machinari, deliberare, consultare, aestimare, existimare, & quae reliqua sunt, magna animorum convenientia, interpretantur. COCEJVS, (e) elegantissime, istam exprimit per λογισμούς, compute;

C

(e) in Lex. Ebr.

computo, supputo, considero, expendo, rationem deduco,  
 atque consul, tationem ineo, conjecto, pensum habeo;  
 quo cum *Gusserium* (f) combinamus, qui rem hanc, non,  
 simpliciter, in apprehensione, sed in judicio quoque, &  
 nonnunquam etiam, in voluntatis decreto, consistere, ar-  
 bitratur. Eset itaque, si recte conjicimus, **חַשְׁבָה**,  
**opus artificis**, secundum proportionum leges, ad quas,  
 in *Architectonicis*, ordines fere construi solent, confectum.  
**Qua** autem, praecise, ratione, atque methodo, opus hoc  
 adornatum fuerit, de eo, cum vox **חַשְׁבָה** generalior sit,  
 liquido, non constat. Illud interim, tuto, affirmare nobis  
 licet, quod a **מִשְׁרֵת חַשְׁבָה**, alterum, scilicet, **מִשְׁרֵת רַקֵּן**,  
 veli *Sanctuarii*, & *Atrii*, Operis circumscriptio, suo  
 quodam modo, & non parum, forsitan, distinctum fuerit.  
**CARTHWRIGTHVS**, (g) & alii non pauci, distinctio-  
 nem hanc, in eo, potissimum, quaerendam esse autumant,  
 quod nimirum Figurae, *Velo Sancti Sanctorum*, non acu-  
 pictoria, sed textoria, potius, arte, insertae fuerint. Mo-  
 viisse videtur haec res *R. Salomonem*, ut assereret, quod  
**Cherubini**, in cortinis, per texturam illarum, non autem  
 per picturam, acufactam, comparuerint. *Interpretes LXX*,  
 quos *Cajetanus*, *Amama*, alii, sequuntur, in eandem in-  
 clinant sententiam, quando, in autenticorum locum, verba  
 ἐγγραφῶν ὑφίστανται, *opus textoris*, substituunt. Quidam  
 sapientum, ulterius, hic, procedunt, & conjiciunt, quod  
**חַשְׁבָה** *opus artificis*, **פְּרָגָנִים** **שְׂנִיר** **duarum**,  
 facierum; opus **רַקֵּן** autem, quod, ex hypothesi, acu-  
 pingebatur, **פְּרָגָנִים**, **אֲחֶרֶן**, *unius faciei*, opus exiterit.  
 Omnia, ut putamus, longissime, hic, progreditur A-  
 BEN EZRA, quando is, **חַשְׁבָה** *מִשְׁרֵת*, neque  
 acupingentis,  
 neque

(f) *Comment. L. Ebr.* (g) *in Notis ad Exod. b. l.*

neque etiam textoris, opus esse contendit, sed peculia-  
rem, potius, istum modum, quo vestes sericae hodie  
conficiuntur, hic eligit. Nobis, priores duae sententiae,  
haud incongrue, forsitan, combinandae, tanquam vero  
similiores, vel eam ob causam, donec plausibilior ab aliis  
excogitur, potissimum arrident, quoniam, vestes ser-  
icas conficiendi, modus, quemadmodum etiam ipsum  
sericum, recentioris aevi inventum est.

§. X. Quo artificiosius, autem, ipsum elaborationis  
opus, veli hujus, erat, eo splendidior quoque, forma ejus  
externa, apparebat, adeo, ut, *Thomassino*, & *Aria Montano*, (b) testibus, qua ornatum suum, reliqua, in *Atrio*,  
atque *Sanctuario*, conspicua, longe superaverit. Prae-  
ter ocellos enim intertextos, quos *Avenarius* in isto col-  
locat, omnium generum, quae terra fert, floribus, fi-  
guris, & ornamentis, ut *Patricius* docet, idem istud  
conspersum fuit. Ceterum si, cum iis, hic sentire veli-  
mus, qui veluti *Templo Herodiani*, ad hujus imitatio-  
nem, confectum fuisse arbitrantur, ita moderanda erit  
haec sententia, ut cum *Braunio* (i), animantia probe  
hic eximamus. Potissimum ornementum, quo, insi-  
gniter corrucabantur, *Cherubini* huic quoque superadde-  
bant. Ipsum nomen קְרָבִים est plurale, a singu-  
lari, קָרֵב, de cuius vocis radice, & allusionibus,  
tot, Eruditorum, prostant sententiae, ut CL. *Liebentanz*,  
(k) decem, jam tum, enumeraverit, quas ipsas, quoni-  
am, fuisus, ab Isto recensitae sunt, operose non repetimus,  
sed intactas, fere, praetermittimus. In simplicissimam, in-  
terim, cum laudato VIRO, viam, & nos, hic ingredi-

(b) *Antiquit. Ind.* p. 84. (i) *Comment. in Epl. ad Ebr. C. VI. 19.* (k)  
*Diss. de Cherubim Propitiatoriis.*

mur, atque nomen hoc, ad radicem inusitatam כָּרְבָּה, ita dedicimus, ut notionem alterius, quae isti contermina est, cum aliud subsidium hermeneuticum nobis hic vix suppetat, scilicet כָּרְבָּה, עֵכֶת, supervectus fuit, equitavit, insedit equo, isti assignemus. Ex his, ut de כָּרְבָּה & כָּרְבִּים, quadantenus, judicandum est, ita R. D. Kimchi, ad quem CL. LEIGH, (l) sigillatim, provocat, quatuor praecipus istas opiniones, quas Critici excogitarunt, ordine suo, enumerat. Prima, itaque, istorum est, qui arbitrantur, quod כָּרְבִּים, florentissima puerorum forma condecorati fuerint. Hi, in judicanda notione, ea methodo procedunt, ut כָּרְבִּים, non pro litera radicali, sed servili, & quae similitudinis nota sit, reputent, reliqua autem elementa, ex Chaldaico idiomate, ubi כָּרְבִּי, כָּרְבִּי, & כָּרְבִּיא, puerum crescentem, sive adolescentem, ad decimum tertium usque annum, denotat, arcessant. Secunda, cui Hiscuni, aliquie, patrocinantur, pro Angelis habet, avium formam repraesentantibus. Tertia, quae apud Josephum (m) reperitur, quam rem ipsam, cum priori quidem concordat, in eo tamen ab eadem distincta est, quod ista animantia, quorum formam angeli exhibuerint, novae cuiusdam volucris speciei, nec unquam ab hominibus visae, fuerint. Quarta demum, cui etiam Aben-Ezra, & ipse CL. LEIGH subscribit, כָּרְבָּה pro nomine generali, ad omnes formas se extendente, venditat. Praeter quatuor hos significatus, novum adhuc, vano cognatu, excogitarunt Pontificii, quo Angelicae Hierarchiae, & Dionysio, Spurio, confictae, succurrerent, & in כָּרְבִּים voce, caussae quoddam praelidium quaererent. Nomen Cherubim, inquit, hunc in finem, THOMAS de AQVI-  
NO,

(l) Crit. Sacra P. I, fol. 110. (m) Antiq. Jud. L. III, C. VI.

NO,) (n) imponitur a quodam excessu scientiae, quare interpretatur plenitudo scientiae. At enim, quis non videret, quod, vocis haec derivatio, valde coacta sit, atque hinc, vel eam etiam ob causam, proscribi mereatur. Plurimi sane, in isto כָּרְבָּה significatu, qui per metathesin, a רַכְבָּה mutuantur, ac deducuntur, acquiescere solent. Notat enim, illud vocabulum, naturas, a celeritate sua, qua, continuo quasi cursu, ceu vehiculo quodam, vehuntur, unde & alae ipsis assignantur; item etiam, a perpetuo Dei comitatu, ex quo illis, tanquam currui cuidam insidet, ita denominatas. Et in hanc etiam sententiam, *Lud. de Dieu,* (o) ob quatuor potissimum rationes, inclinat. 1) Quod כָּרְבָּה pro nubibus ponatur, quatenus scilicet, super iisdem Deus, tanquam super curru quodam, vehitur, *Pf. XVIII. n. & 2. Sam. XXII. II.* 2) Quod angeli, passim, vehiculum Dei esse dicantur, ut *Pf. LXVIII. 18. Ezech. X. 1. 3.* 3) Quod Schindlero teste, כָּרְבָּה, *Arabibus*, cymba sit, *navis vectoria*, a ve-hendo. 4) Quod ratio dari, ita queat, quare *Ezech. X. 14. inter Cherubinos*, de animali isto, quod faciem bovis gerebat, speciatim pronuncietur, הַכְּרוּבִים, faciem, *Cherub*, habuisse. Consona his, sere, docet R. *Abraham, Aben-Ezra*, quando is כָּרְבָּה genus esse, & universale nomen, ad omnem figuram: nisi, quod ea, quae sint in *Lege*, humanam; quae autem in *Jezechiele*, quatuor animalium, ibi descriptorum, figuram habuerint. Indicari enim, per כְּרוּבִים, subinde, angelos, id quidem, ex *Patriarcharum* historia, liquido parescere videtur, utut ceteroquin, qua in forma isti, ab initio, apparuerint, nobis non sit manifestatum. Illud solummodo affirmare

C 3

possumus,

(n) In *Hierarchia Cœlesti*. (o) *Crit. Sacr. p. 5.*

possimus, quod, ab istiusmodi forma, instructi fuerint, qualem ministri illi, qui divinam majestatem, in monte *Sinai*, reverebantur, prae se tulerunt; vel quod, qua formam, tales fuerint, quales DOMINVS *Mos*, in idea, arcae, & aliarum rerum, instar, exhibuit, ut, per eam, coelestes hosce ministros, adumbraret. BOCHARTVS, qui *Hieroz.* P. I. L. II. C. XLI, haud gravatim, similiter largitur, quod *Cherubi*, varias animalium formas, ita stirerint, ut ad bovis speciem, proprius accesserint, elibi tamen judicat, quod, non tam angelorum figurae, isti fuerint, quam certa, potius, quaedam emblemata, per quae, angelica natura, quadantenus, fuerit expressa, quod ipsum assertum plausu suo non destituitur. Ceterum, ne locum, quem *Cherubini* in velo nostro occuparunt, prorsus, praetermittamus, *Patricius* hariolatur, quod in medio Istius collocati fuerint, praeter quod, alii, insuper, inculcant, quod, qua numerum, duo solummodo fuerint, quandoquidem *Cherubini*, in *Sancti Sanctorum Velo* conspicui, specialiori sub ratione, Propitiatori *Che-  
rubinos* repraesentare debuerint.

§. XI. Quemadmodum autem Summum Numen, in figuris *Cherubinorum* efformandis, ad *Egyptiorum* superstitiones plane non attendebat, ita nec, in constitutione, ac suspensione, veli, moribus, atque ritibus, Eorundem, (ut nimirum *Israetitarum* genio, ne forsan, nisi templum ornatissimum, & *Egyptio* more instinctum, habuissent, se spernerent, indulgeret,) sese accommodavit. Tantum enim abest, ut J O. CLERIC O, ad contrariam sententiam corroborandam, validum ullum suppetat argumentum, ut omnis, potius, *Egyptiaci* cultus convenientia, quam CLEMENS

MENS ALEXANDRINVS, (*p*) enarrat, a *Levitico* cultu repetita fuerit. DE VS sane id, quod ipsa Gentium sacra hominum ludibriis exposuit, ad suum cultum adipicare non potuit, id quod ipse Clemens l. c. aperte fatetur, scribens: Πατοφόρῳ δὲ, ἡ τις ἄλλῳ τῶν ἑξοποιηθῶν περὶ τὸ τέμενος στενὸν δεδορυῖς, παιάνα τῇ Αἰγυπτίων ἀδων γλώσσῃ ὁλύγον ἐπανετέλας τὴν καταπεπάσουσαν, ὡς δέξιῶν τὸν Θεὸν, πλατυν ἥμιν ἐνδιδωτι γέλωτα τῷ σεβάσματῷ. Pastophorus, aut alius quispiam eorum, qui sacra in templo curant, gravi adspicere intuens, cum aliquantulum sacerdotii susbulerit, quasi ostensurus Deum, magnam suppeditat occasionem ridendi Numinis. Longe accuratius, cum PATRICIO, illi negotium hoc introspiciunt, qui, derestandam hanc opinionem, prorsus proscribunt, prudenterque, & ad normam Scripturae S., arcam, & omne ad ipsam pertinens, cum reliquis, ad exemplar Dei, *Mosī* in monte traditum, efficta fuisse statuunt. Clericum autem, & hic, de eloquiis, ac operibus, divinis, minus decenter, loqui, non miramur, cum innovandorum rerum Vir hic, alias quoque, studiosissimus sit, & a sanioribus doctrinis, quamprimum elabendi rimam nanciscitur, facile deflectat.

§. XII. Locus, ubi hoc Velum suspendebatur, erat adythus Sancti Sanctorum, ut adeo, inter Sanctuarium & Sanctum Sanctorum, idem istud, intergerini quasi cuiusdam parietis vices sustinuerit. Quandoqnidem autem, ad Velum hoc rite expandendum, ■יְהוָה, seu columnae, requirebantur, ita origo vocis a radice יְהוָה, stetit, adstitit, substitit, vel eam potissimum ob caussam, virgo, arcessitur, quod quasi statua sit, quae domum suffulciat, & quae in altum erigi debeat. Ipse, certeroquin

teroquin, numerus harum columnarum, quarum quatuor erant, manu, veluti, nos deducit, ad triplicem, per quem, ex *Sanctuario* in *Sanctum Sanctorum*, procedebatur, ingressum, ex quo ipsam etiam tabernaculi latitudinem, nonnulli, dijudicant. Materia, ex qua, columnae hae, confectae erant, per notionem ~~אָתָה~~, quam a ~~וְיַעֲשֶׂה~~ circumeundo demisit se, *FOERSTERVS* derivat, & quae, *VVLGATO*, per *Setim*, cum non satis constet, qualis arbor sit; a LXX. autem, per ~~אָתָה~~ *ligna*, nonnunquam etiam vertitur; indigitatur. Duplici, in primis, eadem ista, in Scripturis S., gaudet significatu, utpote ubi 1) locum designat in campestribus *Moab*, non procula *Jordan*, & monte *Phegor*, situm, in quo filii *ISRAELIS*, *Num. XXXIII, 49.* tentoria fixerunt, & qui, forsitan, ab arboribus, ~~אָתָה~~, quod majori copia ibidem istae, nascentur, ita nuncupatus est, nisi, potius, lignum dictum ita fuit a loco, ubi crescebat. 2) usurpatum pro certa cujusdam arboris specie, ex qua etiam columnae nostrae confectae fuerunt. Hac super arbore, *Rabbinos* inter, atque reliquos *Criticos*, diu, multumque, ac tam acriter, disputatum fuit, ut huc dum, in arduo hoc arguento, certi vix quicquam determinari queat. Ad *Rabbinos* quantum attinet, de istis commemorat *DRVSIVS*, (p) quod alii eandem, pro cedro, alii, pro *picea*, & iterum alii, pro *buxo*, reputent. Diversa, *Criticorum* judicia non attingimus, cum *Lexicographi*, & antiquissimae *Versiones*, super iisdem, copiosius, nos informent. Praestantissimum, levissimum, latissimum, ac speciosissimum, & quale in *Romanis*, aliisque excultis, regionibus non reperiatur, fuisse hoc lignum, prae reliquis docit *Hieronymus*, cui omnes fere suffragantur, quando ad *Ez. XLI. & Joel III.*

(q) *Notis Majoribus in b.l.*

III. sribit, quod ~~—~~<sup>—</sup> lignum sit, imputrescibile, & levissimum omnium lignorum, tam in fortitudine, quam in nitore, soliditatem, & pulchritudinem superans. Illud omnino certum est, quod arbor haec, (quam idem Hieronymus, absque antiquitatis tamen testimonio, spinæ albae similitudinem habere, & in eremo nasci, asperat, & procera, & crassa, fuerit, quoniam ex eadem tabulae sesquicubitales, MOSE Exod. XXV. tradente, consci debebant. Et eadem haec observatio, plane, jugulat Edm. CASTELLI (r) conjecturam, qui, post Arabem Mau- rum, interpretatur Acaciam, sive, spinam Arabicam, ex qua, ejusmodi tabulae, fieri nequeunt, cum sit frutex, ne- quaquam, procerus, neque  $\delta\vartheta\phi\nu\eta\varsigma$ , ut docet Dioscorides, (s) HILLERVS (t) etiam, tam grandia ligna haec fuisse, re- fert, ut latissima, & durissima etiam, ex iis, tabulata caedi potuerint; & HADRIANVS RELANDVS, (u) in- super, ista, cum in aquis incorrupta durent, ad navi- um quoque costas, utilissima fuisse, PLINIO praeceunte, pronunciat. Unde autem ligna haec, in itinere, Israelite acceperint, de eo, curiose magis, quam utiliter, discep- tationem, quidam, instituunt. Theodoretus, (x) quo cum, ut FAGIVS, ex Libro Tanchuma, apud Drusium, & ESTIVS, (y) referunt, ex Judaeis nonnulli sentiunt, ligna haec ex Aegypto fuisse, existimant. At enim vero, plane non est credibile, quod a populo, festi- nanter, egresso, tabulae, decem cubitos altae, &, sesqui- cubitum latae, per Aegypti, & Arabiae, deserta, gestari po- tuerint. Cum enim jam, sat diu, in deserto mansissent,

D

vero

(r) Lex. Heptagl. (s) L. I. Cap. 133. (t) Onomast. sacr. p. 163. (u) in Palaeist. p. 520. (w) Quaeſt. LX. in Exod. (y) Annotat. in prae- ac difficult. S. Script. loca, ad Exod. XXVI. 15.

vero videtur esse similius, quod, in montibus *Arabiae*, a licubi, arbores *Sittim* fuerint, ex quibus excisis, & dedolatis, tabulae factae sint. Numerosus enim populus, dum in clausis, semper, castris non haerebat, sed, per vicinos potius tractus, ut quidam conjectant, subinde errabat; per fabros lignarios, ad nimadversas pretiosi ligni arbores, facile secare, easdemque, in mandata, à Deo, opera, adhibere, & potuit, & debebat. ABEN-EZRA, & HISCVNI, ea ex nemore, penes montem *Sinai*; alii, ex loco ■■■■■, ante commemorato, defumta fuisse autumant; cum fabulam, prorsus anilem, lapiat, quasi J A COBVS, postquam, per Spiritum S. futurani *Tabernaculi* extruptionem, in deserto, cognovisset, semina horum lignorum, eam ob caussam, in *Egyptum*, secum portaverit, ibidem plantaverit, ac filii, denum, suis praeceperit, ut cum, ex *Egypto*, egredenterentur, easdem, secum, insimul, auferrent.

s. XIII. Praeterquam autem, quod columnae, ex ligno *Sittim*, materia, in se, & alias, sic satis pretiosa, atque splendida, confectae essent, non parum etiam majestatis, per singularem, quo afficiebantur, ornatum, iisdem conciliabatur. Auro enim, quatuor hae columnae, obduci debebant, quod quomodo, praecise, perfectum fuerit; Utrum, scilicet, auro involutae, ac laminis aureis obductae; an vero inauratae, solūmodo, fuerint; ea res, Mōse tacente, in medio linquenda est. Id quidem, certissime, constat, quod quatuor bases, quibus totidem columnae innitebantur, fuerint argenteae, quandoquidem autentica קְרָנֶת, aperte, id ipsum indicant. בְּשִׂמְחָה, argentum, a פְּנֵי concupiscere, desiderare eo, quod multum desiderabile, ac amabile, sit, significare, in vulgus notum est. Super קְרָנֶת, autem, quod plurale constructum

structum τε ήν est, adiucdum, inter se, disceptant Eru-  
diti, dum alii cum *Förster*, ad radicem ήν; alii, cum  
*Avenario*, ad eandem quidem, sed quatenus, verae ori-  
gini affinis, solummodo, sit; & iterum alii, cum *Buxtorfio*,  
dradicem perditam, ήν, hic serecipiunt. Sed, ut Criti-  
cis dijudicanda haec permittimus, dubio vacat, quod  
ήν vocabulum, *basis*, *fulcrum*, *subentaculum*, *columnam*  
*auxiliarem*, & *stylobatam*, significet. Utrum autem, &  
qua ratione, *basis* a *stylobata*, in quo σύλλογοι βάσει I. in-  
sistit, (βεβαίως enim est fixum, fundatum, esse, *basis*  
*babere*,) accurate discriminanda sit; & utrum, per ήν,  
hoc loco, *basis*, an *stylobata*, intelligi debeat, eam qua-  
stionem, cum Scriptura, plane, hic non distinguit, no-  
stram non facimus, qui, ex architectonicis, ceteroquin,  
probe tenemus, quod integra columna, in quatuor par-  
tes primarias, in *stylobatam* nempe, *basis*, *scapus*, & *ca-  
pitulum*, communiter, ita, dispescatur, ut posteriores tres,  
*basis*, *scapus*, & *capitulum*, partes ejusdem essentiales; prior  
autem, sive *stylobata*, extraessentialēm constitutat. Et, hoc  
semel supposito, haud frustra, forsan, conjicere posse-  
mus, quod per אַרְנִי כָּסֶן, non tam *basis*, quam  
*stylobata*, & hic locorum, indigitetur, quandoquidem  
*fundamentum* hoc *columnae*, ab ipsa *columna*, quod di-  
versa etiam, ex qua constabat, materia, argentum sci-  
licet, abunde innuit, qua essentiali suam, distingui de-  
bebat. Accedit, quod *columnae* hae, cum *solitariae*,  
nec cum aliqua, totius *structurae*, parte, conjunctae essent,  
*stylobatis* carere vix potuerint.

§. XIV. Ab infima parte, methodo paululum mu-  
tata, ad superiora, ubi ascendimus, objiciunt se ibidem  
nobis, בְּתַלְתֵּן, quarum notionum prior, in statu con-

structo posita, ex Förseri mente, in multitudinis, tantum, numero reperitur. Idem, insuper, contendit, quod **כְּנָסֶל**, **כִּפְתַּלָּה**, & istiusmodi, sigillatim, quae formam literae exhibeant, & quae, ornatus caufsa, columnis, superne, adjiciantur, indigitent. Ipse HIERONYMVS, LXX Interpretes, qui **κεφαλίδες** habent, secutus, **כְּנָסֶל**, similiter, per capita, interpretatur. Quam bene! ipsi viderint, cum Ex. C. XXXVI, v. ult. **כְּנָסֶל** & **כְּנָשֶׁת**, accuratissime, a se invicem, distinguantur. THOMASSI-NVS, quando, non tam per *uncinos*, quam per *cardines*, in quibus januae versantur, ac volvuntur, vocabulum vertit, dubio procul, ad primarium veli istiusmodi officium, quo, januae vices, obire debebat, indicem, quasi, digitum exporrexit. Optime R. SALOMO, & R.D. KIMCHI, in autentici locum, **נֶגֶקְרָבָן**, *clavos, paxilos*, substituunt, qui capitibus columnarum infixi erant, &, unde etiam cortinae, sive, velamina, pendebant, quibus, utpote **כְּנָסֶל** vocem, cum radicali nomine **כְּנָסֶל**, componentibus, VATABLVS, aliique, eruditissimi Viri, non pauci, dudum aplauserunt. Syrus generalem notionem, scilicet **כְּנָסֶל**, quae est *fixio, infixio*, a **כְּנָסֶל**, fixit, *infixit*, cum clavorum, & uncinorum, proprium quasi sit, ut insigantur, hic adhibet. Arabs, quando, per **كَلْبَرَةَ**, *annulos*, vocem vertit, originarium non illustrare, sed obscurare, potius, videtur. Ipsum autem hoc, in se spectatum, generale est, & uncinis, atque clavis, cujuscunque, demum, isti sint materiae, ac conditionis, ita, ut illis etiam clavis, qvi in *Atrio* prostabant, & quibus CASTELLVS eum usum vendicat, ut pecudes offendae, in istis, suspenderentur, ibidem exco-

ria.

riarentur, & interiora eximerentur, applicari queat. Uncinorum autem figuram rō i representasse, hoc que, adeo, ab uncinis, non contra hos, a Vam, nomen suum accepisse, communis, a qua tamen Coctejus in Lex. deflectit, habet opinio.

§. XV. Ordo nos dicit ad, Veli hujus, suspensionis actum, quem, per בְּתַרְתָּה verbum, summum Numen Moysi injungit. Rationem istius, maxime anomalicam, vel eam ob caussam, plane non attingimus, cum omnes libelli Grammatici, super eadem, abunde, nos informent. Significatio sane, admodum, praegnans est, & per universam Scripturam Sacram, latissime, se diffundit. Nullus Lexicographorum, FÖRSTERO, hic accusator est, dum, quod alii, confuse, faciunt, per classes eundo, ordine, hic monstrat. Est enim ipsi, ex diligenti locorum collatione, יְמִינָה, (I. dare, dare, tradere, perdere, cum compositis, (II. concedere, permittere, finere, ita tamen, ut, à fronte, particulam negativam, aut, verbum negativum, יְמִינָה; à tergo, autem, infinitum, mediante Accusativo, vel sine eo, insimul, sibi met applicet. (III. saepe numero idem, quod, Latinis, verbum pono, & hoc, ea sub lege, quando, scilicet, vel cum praepositione הַנִּי, vel, etiam, cum הַנִּי compонitur. (IV. denique, & itidem haud infrequenter, proponere, vel constituere. Hoc in loco, tertia significatio, omnium opime, isti accommodabitur, & id, potissimum, propter הַל particularam, quae cum eodem connectitur. Omannino tamen, insimul, tenendum est, quod, hic locorum, notio non generalior, sed specialior, potius, requiratur, atque rō בְּתַרְתָּה non, simpliciter, per pones, sed ponendo figes, aut appendendo pones, transferri debeat.

§. XVI. Medium, quo velum nostrum appendebatur,  
 & cum uncinis conjungebatur, erant קְרָסִים, cujus  
 singularis קָרֵס; aut קָרֶב, observante Guilielmo Robertso-  
 nio, (y) non reperitur. Radicem agnoscit רֹסֶרֶב, re-  
 pansum, incurvatum, inclinatum, reflexum, devasta-  
 tum, eß, item, coincidere, & corruere. Ad ipsam inter-  
 pretationem, quantum attinet, cum Avenario (z), pluri-  
 mi conjiciunt, quod קְרָסִים, pro istiusmodi instrumen-  
 tis, habenda sint, per quae aliquid ad aliud, ut, utrumque,  
 bene coincidat, jungitur. Patrocinantur huic asserto,  
 per suum νόης, & διατόνια, Graeci, siquidem & HESYCHI-  
 VS, διατόνια, interpretatur νόης. H I E R O N Y-  
 MVS item, per circulos, fibulas, vocem vertit. THOMAS-  
 SINUS (z) cum GUSSETIO, (a) quando, anfulas, forma  
 reflexa, hic eligunt, & B. LVATHERVS, tandem, cuius Ger-  
 manicum, Hesste, est, institutum, egregie, illustrant. Dis-  
 sentire tamen hic, quadantenus, videtur VATABLVS,  
 quoniam is τὸ κράσις, cum קְרָסִים, modo ad verba Isti-  
 us diligenter attendere velimus, omnino confundit, arque  
 ita, accuratius distinguenda, arctissime combinat. Dum,  
 enim, in oppugnandis istis, qui, per קְרָסִים, Capitella intelli-  
 gunt, occupatus est, illud in primis arripit telum, quod,  
 hac ratione, τὸ κράσις cum קְרָסִים, non conveniat, quo-  
 niam, ultima haec dictio, uncinos incurvos significet. At  
 enim vero distincta, קְרָסִים & τὸ κράσις, instrumenta  
 fuisse, vel inde, etiam, conjicere licebit, quod קְרָסִים,  
 reliquis tabernaculi aulaeis, Exod. XXVI. v. 6. simili-  
 ter, applicati fuerint, & ibidem, forsitan, capita recurva,  
 ad apprehendendum laqueolos, habuerint; quod primum  
 tamen de קְרָסִים, sive istiusmodi uncinis, quibus velum no-  
 strum

(z) In Ibejauro L. S. (a) in Lex. Ebr.

strum appendebatur, dici vix poterit. Merito igitur ~~הקרט~~ circello~~s~~, annulos, fibulas, interpretamur, suo quodam modo, istis non absimiles, quibus mediantibus, & nostro tempore, vela baculis ferreis imponere solemus. Reliquorum etiam tabernaculi velorum, quae latera ejusdem contegebant, loramenta, & laqueolos, quos ~~ר. אוֹרָה~~, notio subministrat, hoc eodem subsidio, plurimum firmatos, ipsaque adeo vela, arctissime, ita, connexa fuisse, per Exodi l. c. clarissime edocemur. Hoc vero dum affleveramus, nequaquam cum PATRITIO, & qui facem isti, apud Drusum, praefert, R. Salomone, eo delabimur, ut existinemus, quasi, in nostro quoque velo, ~~הקרט~~, circelli, sive annuli, ansulae, autem fibulae, haec, maiores ejusdem partes, a se invicem alias distinctas, combinare debuerint. Cum enim Scriptura S. Ve- li Sancti Sanctorum scissionem, mortis tempore, optimi Servatoris factam, tanquam grande, & stupendum, miraculum commemoret, vis, & maiestas, ejusdem, prorsus, infrigeretur, si veli, duas in partes, antea jam tum, scissi, ansulas, solummodo, solutas fuisse, imaginari nobis velimus.

§. XVII. In ordine, si a velo Atrii numerare incipias, tertium tenebat locum ~~רכבת~~, sive, Velum Sancti Sanctorum, quod ipsum tamen Auctor, Epistolae ad Ebraeos C. IX, 3. δεύτερον καταπεπτωμα, sive, Velum Secundum, nuncupat. Recentior quidam Interpres, ut habet DRVSIVS ad h. l. Post medium autem velum: Medium autem non est, pergit, nisi quod inter duo ad minimum. Si tria erant vela, tum illud, quod in medio erat, medium dici potest. At enim vero, recte judicat VIR CL. quod de primo altum hic sit silentium, secundum E. ab

E. ab *Apostolo* vocari, quod, alias, in ordine erat tertium. Primi enim tabernaculi velum, respectu alterius, quod hic secundum vocatur, recte, primum dici potuisse. Per secundum, itaque, velum non medium h. l. intelligi, sed id, quod a primo erat secundum, sive quod inter Tabernaculum, quod vocabatur *Sancta*, sive *Sanctum*, & istud, quod hic *Sancta Sanctorum* dicitur, interjacebat. Ipse B R A V N I V S, *Comment.* in hanc *Epistol.* utut ad *Cap. VI*, *vers. 20.* diserte, adstruat, quod templum secundum duo habuerit vela, quae ambo, *Sanctum Sanctorum*, a loco *Sancto*, distinxerint, &, quod hanc ratione, ex *Sancto* loco in *Sanctam Sanctorum* intrari non potuerit, nisi per duo *nataceraouata*, sive *vela*, quae, cubiti spatio, dissita, a se in vicem, fuerint; ad *Cap. IX*, *v. 3.* tamen, palam, fatetur, quod ~~חַדְבָּה~~ *Palatium* Dei, duo habuerit vela; Primum, ad introitum, ex Atrio in *Sanctum*; alterum, e *Sancto* in *Sancta Sanctorum*; &, quod de ultimo hoc, *autōr sacer*, ibidem, agat, idemque adeo, per ~~δέντρον~~ *nataceraouata*, indigit. Male itaque, ad h. l. judicat ERASMVS, quod *Paulus*, non duo velamenta, sed, duo potius tabernacula, hic distinguat. Ut ut enim largiatur, quod, apud *Latinos*, sermo anceps sit, apud *Graecos* autem nequaquam; rem tamen ipsam, atque sermonis tenorem, *Graecorum* lectioni reclamare arbitratur. Nostrarē interim sententiae, GROTIUS, etiam, subscribit, quando is verba *Graeca*, μετὰ τὸ δεύτερον *nataceraouata*, per intra ~~חַדְבָּה~~, interpretatur.

§. XVIII. In finem, tandem, & in caussam, ob quam, velum hoc confici, ac constitui, debuerit, ut inquiramus, primarius is omnino fuisse videtur, ut *Sanctum Sanctorum a Sanctuario*, vel, quod eodem recidit,

dit, arca, a tabernaculo Ecclesiae, sollicite, distingue-  
retur. Hic, sane, finis non communis, sed, *Velo Sancti  
Sanctorum*, proprius erat, &, a Deo ipso, *Exod. l. c.* indi-  
catus. Hunc, immediate, alias quidam excipiebat, qui  
eo, potissimum, collimabat, ut omnes, & ipsimet etiam  
*Sacerdotes*, a conspectu arcae summoverentur. Quam-  
diu, enim, nubes super tabernaculo, commorabatur, &, Do-  
mini gloria, domum replebat, nullus, praeter *Aaronem*,  
in *Sanctum Sanctorum*, ubi arca erat, ingredi potuit, &  
id quidem semel, tantum, per annum, post quam, per suf-  
fatum, nubem, quasi, quandam, coram *Propitiatorio*, ubi  
*SCHECHINA* erat, excitaverat. Cum autem castra profi-  
cisci debebant, & *SCHECHINA*, in columnae nubem, quae  
se levabat, a *Propitiatorio* secesserat, tum, & *AARON*,  
*Sacerdos s.*, & hujus filii, *Velum* deponere, *Sanctum San-  
ctorum* intrare, ac testimonii arcam, isto velo, cui &, in-  
super vestis hyacinthina, & tegmen, e pellibus melium,  
ut, a tempestatum injuriis, ea defenderetur, super im-  
ponenda erant, obtegere potuerunt. His, demum, rite,  
peractis, ac vestibus, etiam, adpositis, *Num. XIV, 15.* ac-  
cedere debebant *Levitae*, & ex iis, *Kabahitae*, ut ean-  
dem istam asportarent.

§. XIX. Locus itaque, quem hoc velum, a *Sanctua-  
rio*, distinguebat, erat **Ιερόν** Στύλος, ἄγιον τὸν ἄγιον,  
*Sanctum Sanctorum*, seu, quomodo, κατὰ τόδια, sonat, *San-  
ctitas Sanctitatum*, quod nomen, ob gratiosam, & spe-  
cialissimam, *Sanctissimi Numinis praesentiam*, in-  
ditum est. Est enim *sanctitas sanctitatum*, notissimo  
Ebraismo, eximia *sanctitas*, ut *Canticum Cantorum*,  
aliaque similia. *HIERONYMVS*, in Versione, autentica  
per, *Sancta Sanctorum*; *Aquila*, *Symmachus*, & *Theo-  
dotion*,

dotioni, per χειραρισμένον l. sedem judicij, a χειραρίξω  
jus dico, rebus explicandis, constitutendisque, vaco, de-  
cerno, ut magistratus solent, reddunt. MACARIO  
Ægyptio, (b) συνη̄ επωτέρα, tabernaculum interius, & ARA-  
BI, ut alias, quae apud Drusium legi possunt, nomencla-  
turas taceamus, خاصّةً آلْ قُدْسِ، Praecipuum Sacrorum,  
est. Locus hic, ut plurimi sentiunt, quadratus fuit, &  
qua splendorem, si in se spectetur, Sanctuarium non su-  
perabat, cui tamen Arca Fæderis, cum Propitiatorio, & Che-  
rubicinis, quade, praeter BVXTORFIVM, (c) JO. BENE-  
DICTVS CARPOVIVS, (d) & JO. MAIVS, (e) eru-  
dite, commentati sunt, dignitatem, ac majestatem, sum-  
mam conciliabat. Dimentindus, ceteroquin, hic, non sine  
censura, est JO. SPENZERVVS, (f) quando, & hoc in ne-  
gotio, ingenio suo is abutitur, & primam Sancti San-  
ctorum originem, ab ista methodo, qua Ægyptiæ, fana sua  
exstruere solebant, derivat. Sed ut impium hoc est af-  
sertum, blasphemum, & in supremi Nurminis immensam  
sapientiam, maxime injurium; ita, sane, in os isti oblo-  
quitur Scriptura Sacra, & quidem Exod. XXV, seqq. ubi  
in monte, Sinai, forma Tabernaculi, & omnium Iltius  
vasorum, sub accuratissimo schemate, Moysi præscribitur.  
Jam si supponamus, quod, omnino, duce LVCA, in Apo-  
stolorum Actis, Cap. VII, 22. supponendum est, quod MO-  
SES, potens dictis, & factis, in omni sapientia Ægyptio-  
rum,

(b) Homil. XLVII. (c) Exercit. ad Hist. de Arca Fæderis. (d) Disp.  
de Arca fæderis 1616. Praef. Jo. Frischmuth, &c, de Quæst. Sacra &  
Quoniam Arca Fæderis pervenerit: Praef. D. Seb. Schmidio, 1658. Je-  
næ habita. (e) Disp. de ijs, quæ fuerunt in Arca Fæderis, Praef. An-  
drea Semerito, Wittenb. 1680. proposita. (f) de Leg. Ebr. Ritual  
L. III. Disp. VI, Cap. 2.

rum, (qui, in reperiendis artibus, utique, solertes, &c, in cognitione rerum indaganda, sagaces, erant,) multum eruditus fuerit, & quod, in Regis aula, in qua cultus idololatricus, dubio procul, splendidissimus vigebat, a primordiis vietiae, ad adultam usque aetatem, commoratus fuerit: quid quaeso! opus erat, ut id, quod, exacte, jam tum, cognitum habebat, atque perspectum, *Dominus*, denuo, & eam quidem ob causam, ut, tabernaculum condendi modum, inde, addiscere posset, isti representaret? Nos, firmiter, potius, concludimus, quod, cum necessarium, omnino, DEUS esse existimaverit, ut *Mosī* ipse met, tentorii extruendi, schema quoddam proponeret, idem istud, quoad *Sanctum Sanctorum* etiam, partem, ute pote, nobilissimam, cum, *AEgyptiorum* fanis, plane, non componendum sit. Ipse CLERICUS, (g) qui, monstrosis SPENZERI hypothesis, alias, mirifice favet, & multum iisdem delectatur, hic tamen diffiteri non potest, quod adyatum *AEgyptorum* inter, & *Sanctum Sanctorum*, memorabile discrimen intercesserit, non modo, quod nullum DEI, in templo *Ebraeorum*, fuerit simulacrum, sed etiam, quod, adorantes Numen *Ebraei*, non in *Orientem*, aut in *Meridiem*, vel *Septentriones*, sed in *Occasum*, ubi arca erat, necessario, vultum converterent. Qui enim Deum solum colere solliciti erant, scribit THEODORETVS, Quæst LX. in Exod. ad tabernaculum conversi, solem a tergo habere debebant, ut non hunc, sed hujus opificem, adorarent. Sed enim vero, non tantum nullum Dei simulacrum, in tabernaculo, comparebat; verum Ipse met, etiam, praefestissimum fese, ibidem, exhibebat, unde & Tabernaculum, imaginem rerum cœlestium,

(g) *Comment. in Pentat. ad Exod. XXVI. 33.*

stium, & Arcam, speciatim, umbram throni Dei coelestis fuisse, duce Scriptura S. tuto, pronunciabimus. Sit ita, quod, in AEgyptiacis, etiam, templis, tres fuerint partes, προπύλαια, nempe, seu *Vestibula*, πρόσφυτοι, ingressus ipsius templi, &c, νάρης, sive στρόβων, *Penetrale Sanctissimum*, aut ἀδυτος, velo, ut ALEXANDRINVS refert, (b) a Pronao separatum; haec tamen profanorum scriptorum testimonia, Mosaicis, ad quorum exemplar, sequior quoque *Egyptus*, ex cacuzelia, quadam, templo sua, ut probabilior habet ratio, conformavit, longe recentiora sunt. Palladium sane, vel, quae res alia fuerit, quam *Virgines Vestales*, cultu religiosissimo, observare debebant, ad imitationem Arcae Hebraeorum, in *Vestae* templi adyto, & Penetrali, cui *Penus* nomen erat, & in quod solae *Virgines*, solique Pontifices, ingredi potuerunt, ut LIPSIVS (i) fuisius docet, custodiebatur. *Penus*, dicit FESTIVS, vocatur locus intimus in aede *Vestae*, tegetibus septus: qui certis diebus, circa *Vestalia*, aperitur. Ii dies religiosi habentur.

## SECTIO II.

### DE VELO SANCTVARI.

#### §. I.

**S**anctum Sanctorum excipiebat Sanctuarium, quod ipsum, januae loco, velo quodam, similiter, munitum erat. נִישָׁתָה, (habent verba huc Spectantia, Exod XXVI. 36.) מִסְף לַפְתָּחָה רְאֹרֶל. Accurate, sane, velum hoc, a priori, per diversum statim nomen, distinguitur, quod uti קְסָף est, ita, communi, fere, *Interpretum* con-

(b) *Paedag.* L. III. C. II. (i) *Syntagma de Vesta, & Vestalibus,* CIX.  
p. m. 27.

consensu, a סָכַר radice, originem suam arcessit; Gaudet, autem, ista potissimum tegendi, operiendi, protegendi, abscondendi, velandi, & obducendi significatione, unde & ipsum vocabulum נְסָפֶת, tegumenti, operimenti, veli, ex multis filis contexti, & ea, quae, intus sunt, ab intentuum oculis, abscondentis, notionem accepisse videatur. Criticos, ut ad hanc radicem recurrerent, ipsa, sine dubio, adegit significatio, cum, alias, in Ebraicis, adhucdum, reperiatur verbum מְסֻרָה, quod tamen miscendi, & infundendi, significatu, qui, cum velo Sanctuarii conciliari, minus, aliquid, ad idem illustrandum, lucis conferre, plane, non potest, instructum est. A itaque, ut recte judicat Mercerus, (k) praeposito Mem, est סָכַר, quod pro מְסֻרָה, instar מְכַלֵּל, ponitur.

§. II. In vertenda hac voce, Interpretes, parum, a se invicem, dissentunt. R. SALOMO exponit istam per וְלוּן, quod, Cartwrighti etiam judicio, plane Latinum Velum est. CHALDAEVS, uterque, vertit נְסָפֶת, quod similiter Velum Significat, & è radice נְסָפֶת, pandere, expandere, enatum est. SYRVS nomen نَسْفَن, quod ejusdem plane, cum priori, indolis est, hic adhibet, nihilque, adeo, inter פְּרַכְתָּה, quod etiam נְסָפֶת, ipsi est, & סָכַר, Sancti Sanctorum, & Sanctuarii, Velum, qua nomen, discriminis agnoscit. ARABS, in autentici locum, τὸν σύντετον, tegumentum, Velum, cortina, a γένεσιν texit, obtexit, protexit, occultavit, substituit. Graeci v. 36. Ex. l. c. per ἐποπδεσον, quod PHILo, Judaeus, cum voce καλυπταί permutat, ita se hic exprimunt, ut tamen mox v. insequenti 37. τὸν καραπέτασμα usurpent,

atque ita differentiam, כְּסָךְ inter, & פִּרְכַּת, quadan-  
tenus, antea concessam, è medio, iterum, summoveant.  
ITALIS est un tappeto, GALLIS, une tapisserie, & ANGLIS,  
an banging, VVLGATO, pessime, tentorium, cum id  
ad ḥān, omnino, referendum sit, &, CORNELII a Lapi-  
de, κερτόφυστον, quasi Velum hoc, aulaei, & tentorii  
cujusdam castrensis, pro quarta, eademque orientali,  
tabernaculi parte, expansi, speciem exhibuerit, parum  
praesidii versioni afferat.

§. III. In dimensione *Velii* hujus adornanda, laboriose,  
admodum, non desudabimus, cum eadem ista, cum ope-  
rimenti *Sanctiorum* mensura, plane coincidat. Duo  
itaque scopuli, ne ad istos collidamus, circumspecte, hic  
erunt praeter navigandi. Primum ipse JOSEPHVS, *Or-  
terum Iudaicarum*, alias, peritissimus, nobis objicit, quando  
is asleverat, quod *Sanctuarii* hoc *velum*, ad columnarum,  
solummodo, dimidium propenderit, certisque, praeterea,  
annulis sustentatum fuerit. Caussas, cur illud  
statuat, duas, potissimum, allegat, quarum una est, ut fa-  
ciliorem, Sacerdotibus, *Sanctuarium* intrare volentibus,  
praestaret accessum; altera, ut commodior populo, in  
idem istud, patesceret aspectus. Sed quam debiles, ac in-  
firmiae, hae sint rationes, id, ex *Bonfrerio*, LVNDIVS (m)  
solide, & ad oculum, demonstrat. Praeterquam enim,  
quod *Sanctuarii* vasa obiecta esse, &, ne à *Levitis* qui-  
dem, multo minus, a promiscuo populo, visu usurpari  
debuerint, gregarii etiam *Sacerdotes*, in *Sanctuarium*  
ingressuri, pari ratione, ut *Summus Pontifex*, quando  
is in *Sanctum Sanctorum* intrabat, *Velum* elevare, vel  
amovere

(l) *Antiq. Iudaic.* L. III. c. 8. (m) Von den alten Jüdischen Heyle-  
ligthümern L. I. C. VI. 12, 25, 26.

amovere debuerunt. Ad illud autem, quod moveri hic, forsitan poterat, dubium, quasi, JOSEPH O deserto, in tabernaculum, quod asseribus, aulaeis, & velis, unde-quaque, contextum erat, nihil prorsus lucis incidere, ac penetrare, potuerit; idem Vir CL. docte, regerit, quod defectum hunc, per diem, tres; per noctem, autem, septem lampades, quae semper accensae fuerint, & *Sanctuarium*, splendore suo, mirifice, illustraverint, ex sanctissimi Numinis beneplacito, digne satis, suppleverint, suoque, sacerdotum quisque, negotio, rite, in eodem, perfungi potuerit. Ceterum, cum ipse BONFRERIVS, Josephi sententiam, quadantenus, adhuc dum temperare, & eo delabi, videatur, quasi velum hoc, quod alias, omnino, ultra columnarum medium, processerit, ad terram tamen usque protensus, nequaquam fuerit; hunc quoque ictum, idem LVNDIVS, dum ad tabernaculi cum templo, ubi, praeter Sacerdotes, in *Sanctuarium* nemo, sub quacunque demum ratione, introspicere debuit, convenientiam, provocat, sapienter declinat. Accedit quod, proprio quasi gladio, Bonfrerius sic se jugulet, & Istius, quod contra Josephum antea urserat, argumenti robur, non parum, infringat.

S. IV. Materiam, quoque, veli hujus, a materia *Veli Sancti Sanctorum*, plane non diversam, aut distinctam, fuisse, *Scriptura*, insuper, commemorat. Quemadmodum, enim, *Sancti Sanctorum Vellum* ex hyacinthino, purpureo, & coccineo dibapho, xyline erat contextum, ita, similiter, *Sanctuarii Vellum*, ex his iisdem filamentis, efformatumfuit. Elaborationis, autem, methodum, atque modum, cum priori, omnimode, non concordasse, varia operis circumscriptio, dum prius, per בושׁה נסען; nostrum

nostrum, vero, hoc, per רְקִיעַת מָשָׁרֶת, exprimitur, ad-  
 prime, evincit. Ipsum רְקִיעַת participium est, a רְקִיעַ  
 acupingere, vestes auro, & variis filiis, diversorum colo-  
 rum, intexere, variegare, cui, AVENARIVS, cognatio-  
 nem cum radice רְקִיעַ, quae carnem variis nervis ob-  
 ducere, & pelle obdulta distendere, significat, attribuit.  
 Si FÖRSTERO fides habenda est, in prima Conjugatione,  
 Participium, tantum, Praefens, masculini generis, רְקִיעַ  
 legitur, ita quidem, ut רְקִיעַת מָשָׁרֶת nominaliter, &  
 ex radicis significatione, talem artificem, qui varias for-  
 mas, & figuras, multis coloribus, effigiare novit, resque,  
 acupitorum instar, varietate distinguit, indigitet. Es-  
 set itaque רְקִיעַת מָשָׁרֶת, ad vocis originem si atten-  
 damus, acupitoris, variatoris, sive variegatoris, opus,  
 quod & LXX. per ἔγον τοιωτής, opus variatoris, enunci-  
 ant. SYRVS hic habet, ۱۲۵۰, ۱۲۵۱ opus pictu-  
 rarum; Onkelos, צִיר, עֹבֵר, opus venatoris, pescatoris,  
 reticulatum, ad figuram, forsitan, isti inditas, respiciens,  
 cum esset alias, & hoc velum, arctissime, constrictum, &  
 nullius visu penetrari potuerit. ARABS in رَقِيعَةٍ, suo,  
 ipsum autenticum רְקִיעַ, quod plane non vertit, re-  
 praesentat. In quo autem, praecise, operis utriusque, dif-  
 ferentia constiterit, ea quidem res, soluta, est difficilis.  
 R. ELEASAR, apud Drusum, distinctionem, in eo,  
 positam fuisse hariolatur, quod רְקִיעַת מָשָׁרֶת, opus acu-  
 piuum, & unius tantum faciei; רְקִיעַת חַוְשַׁב, autem,  
 opus contextum, & duarum quidem facierum, extiterit.  
 Sed, ut nihil hic dissimulemus, habuit omnino Celeber.  
 LVNDIVS, (n) quod, in hac Eleazaris crisi, reprehendant.

Utut

Utut, enim, Ebraicis, de facili, istud largiri queat, quod  
 בְּשָׂרִים texturam, פֶּרַת, vero, acus picturam, exhibuerit,  
 addendum tamen, insuper, & hoc est, quod, utrumque,  
 utramque velaminis partem exornaverit. Cuicunque  
 enim parti, vel Atrii, vel Sanctuarii, faciem, minus or-  
 natam, obversam fuisse statuas, inordinata, sane, fila, cum  
 totius tentorii splendore, plane non convenienter. Et,  
 probatori huic sententiae ipse JOSEPHVS (o) multum pa-  
 trocinatur, quando commemorat, quod Vellum, Sanctua-  
 rię cum Velo Sancti Sanctorum, non magnitudine tantum,  
 sed & colore, & textura, concordaverit. Ita autem, ju-  
 dicio Lundii, verba haec moderanda sunt, ut, quidem,  
 JOSEPHVS, per eadem ista, non tam textureae modum,  
 qui utique diversus fuit ; quam ipsum potius opus, & ex-  
 ternam rei faciem, indigitare voluerit. Neque etiam,  
 prorsus, est impossibile, ut, per acus picturam, opus, quod  
 eandem, in utroque latere, faciem sifstar, producatur,  
 cum sub nostris, adhucdum, temporibus, mulieres, in  
 nendi arte peritiiores, istiusmodi quid, in lino, potissimum,  
 praestare soleant. Quod, ceteroquin, nonnulli פֶּרַת  
 פֶּרַת, per opus Phrygionicum, reddunt, ejus rei ista est  
 ratio, quod, totius artis acupicturae inventio, PHRYGIAE,  
*Aesae Minoris* provinciae, incolis, a Plinio assignetur.  
 Ornatisimum, adeo, hoc quoque velum fuit, licet Cher-  
 rubinos, cum Scriptura nihil hic determinet, certo ei-  
 dem tribuere nequeamus.

§. V. Erat autem Vellum hoc anterius, ab *Ortu solis*, ap-  
 pensum, in eo, nimirum, loco, qui afferibus, latera reliqua  
 occupantibus, vacabat. Onus ipsum non quatuor, sed  
 quinque, columnae sustinebant, cuius diversitatis ratio,

F

si con-

(o) *Antiq. Judaic. Libr. V. C. V.*

si conjectando aliquid assequimur, in eo, forsan, quae-  
renda est, quod, cum in SANCTVARIVM Sacerdotes,  
quotidie, ingredi deberent, consentaneum quoque fuerit,  
ut plures viae, per quinque columnas, praesto istis es-  
sent, atque patescerent. Urgeri, etiam, hic poterat, quod,  
cum velum hoc aëris, ventorumque, injuriis, prae *Sancti*  
*Sanctorum Velo*, multum fuerit expositum, magis etiam,  
quam hujus operimentum, communiri debuerit. Ma-  
teria, ex qua, & haec columnae, confectae erant, simili-  
ter, fuerunt ligna טִשׁוֹת, quibus, & hic, *tabulae*, vel  
*frusta aurea* superinduci, vel *aurum*, minimum, ut rite  
in aurarentur, adpingi debebat. Media, cum *Egio*, in ce-  
dunt via C A R T W R I G H T V S, & PATRITIUS, quan-  
do circulos tantum, qui, sculpturae beneficio, columnis  
ad applicati erant, auro obductos fuisse, vel eam ob caussam,  
potissimum, affirmant, quoniam *Exod. XXXVI, com. ult.*  
expressa, textus autentici, verba ita fluant : *ונְתַעֲמָרְיוֹן וְאֶתְיוֹחָדָה וְאֶפְרַיִם וְרָאשֵׁיהָם וּבְשִׁקְרָב*  
*חַמְשָׁה וְאֶתְיוֹחָדָה וְאֶפְרַיִם וְרָאשֵׁיהָם וּבְשִׁקְרָב* Et columnas ejus quinque, & uncinos earum ; &  
textit capita earum, & cincturas earum, auro. Refe-  
rendi huc, quoque, sunt MVNSTERVS, qui per caelaturas,  
quibus columnae caelabantur ; & DRVSIVS, qui per Zo-  
nas, aut, *fila, eas* cingentia, vocem enunciant. Ex Lexi-  
cographorum, sane, mente, טִשׁוֹת fasciae sunt, cinctu-  
rae, orbes, circumplexiones circulorum, cincturae, quae,  
per gyrum, ambiant columnas, cuius singularis effet טִשׁוֹת, fe-  
lum coniunctum, in circuitu columnarum, quemadmodum  
fit in dolis ligneis, ad colligandum illa, circulus dolaris ;  
a טִשׁוֹת concupiscere, amare, quod, metaphorice, in Piel.  
eingere est, sicut & latine, amplecti. Apparet ex his,  
ut putamus, sat abunde, quod de fasciis aureis, vel,  
saltim,

saltim, deauratione istarum, *Sacro Scriptori sermo sit.*  
*Ad capitellorum*, autem, & *fasciarum*, classem ipsas *colunmas*, cum *unciniis*, hac in parte, referendas non esse,  
 accentus dominus, *Sakephkaton*, qui cetera ditioni *Ti-phcae* relinquit, dilucide commonstrat, cum, alias, ex  
 iis, quae §. XIV. disputata sunt, jam tum, constet, quod,  
 & *uncini aurei*, fuerint, atque, ad eo, רְבָבָה, si rem ipsam  
 spectes, pariter ad istos quidem, non autem ad *columnas*,  
 quae non nisi eatenus, quatenus, scilicet, nude confectae,  
 & exasciatae, fuerunt, hic exhibentur, referendum sit.  
 Utrum autem כְּלֵנֶת שׁוֹקָשׁ five, dictae *columnarum fasciae*,  
 inauratae tantum, vel, ex solido, potius, auro, *capitellorum*  
 instar, fusae, & efformatae, fuerint, id, non adeo, liquet,  
 cum praeter ea, quod columnae auro ornatae fuerint,  
 plenius, hoc super negotio, *Scriptura S.*, nullibi, nos  
 informet.

§. VI. *Bases columnarum*, non, ut priores, ex argento,  
 sed ex aere, adornatae fuerunt. In textu autentico  
 vox כְּלֵנֶת reperitur, quam Graeci, per χαλιδί; Latini,  
 per *aes*, *aeruginem*, *cuprum*, sive, *aes cyprium*, ab  
 aeragine, & virulentis fodiibus, ita dictum, communiter,  
 interpretantur. Est vero כְּלֵנֶת aes, (haec enim  
 versio prae *cupro*, & *chalybe*, vel eam ob cauillam, po-  
 tissimum, se hic tuebitur, quod *aeris* materia, ad fun-  
 dendum, aptior sit, & usus, atque copia, ejusdem, ma-  
 jor olim fuerit, quam *cupri* atque *chalybis*) metalli spe-  
 cies, colorem subrufum, parvarum, in serpentibus, li-  
 nearum instar, habens, cuius originem a כְּלֵנֶת auguratus  
 est, *augurium fecit, divinavit*, vel inde, etiam, accessunt  
*Critici*, & inter eosdem, nominatim; ROBERTSONI-  
 VS, quod gentes, ex *aeris* sono, observationes insti-

F 2 tuere,

tuere, & mulieres, aere, augurari consueverint. Sed cum haec derivandi ratio, in sanctissimum Linguae architectum, admodum, injuriosa esse videatur, rem hanc in medio relinquimus, & porro, strictim, observamus, quod in superiori columnarum harum parte, aurea, itidem, capitella fuerint conspicua. Probe autem tenendum est, quod cum uncinis aureis eadem ista non sint confundenda, siquidem *Exod. XXXVI. Com. ult.* □ יְנֵי, sive, Capitella à τοῖς □ יְנֵי i. uncinis, aperte, discriminantur. Illa, enim, essentialē columnarum partes erant; hi, autem, columnis utpote infixi, velo, tantum, sustinendo interfiebant. Cum ipso columnarum ordine, dubio procul, ita se res habuit, ut due columnae, juxta parietes duos, collocatae fuerint; reliquae autem tres, aequaliter, a se invicem, distantes, *Sacerdotibus*, ad ministeria, in *Sanctuario*, obeunda, per quatuor vias, quinque inter columnas interceptas, ingressum patefacerent.

§. VII. Praeter illud, quod quinque his columnis, ex mandato Dei, adponendum erat, *Velum*, aliud, adhuc, introducit JOSEPHUS, (p) quando asseverat, quod ante *Velum coloratum*, diversum quoddam, ex lino contextum, qua magnitudinem, priori par, comparuerit. Pependisse hoc ipsum ab annulis, funi, per transversum ducto, immisis, ita tamen, ut festis, praecipue, diebus, quo populi prospectum admitteret, ad angulum reduceretur; reliquis vero, in primis, si parum sereni isti essent, objectu suo picturatum istud, ab inclemente aere, ac tempestatum injuriis, defenderet. Haec assertio, cum magna probabilitatis specie incedat, summi nominis viros in partes suas, haud difficulter, pertraxit.

Omni

(p) *L. III. Antiq. C. V.*

Omni enim tegmine velum hoc destitutum, & imbrium, ventorum, ac procellarum, libidini, misere, expositum fuisse, excellentia, atque splendor, illius, ut istiusmodi quid statuamus, vix admittere videntur. Quemadmodum, enim, pretioso, quod totum tabernaculum contebat, aulaeo, alia regumenta superaddita fuerunt; ita sanior omnino suadere poterat ratio, quod *Sanctuarii*, quoque, *Velum* subsidio istiusmodi, quod maximopere erat necessarium, prorsus non caruerit. Ne autem JOSEPHI ista, quibus velum hoc exterius, festis diebus, ad angulum, ut populi prospectum admitteret, reductum fuisse asseverat, ad eam, quam §. III. hujus *Sc̄t.* exhibuimus, mentem quis accipiat, quasi, scilicet, *Velum picturatum* ad dimidium, solummodo, columnarum pendebat, sapienter monet LUNDIUS, (q) quod illa non de *Sanctuario*, & rebus, quae in isto erant; sed de *Velo* picturato, quod, altero remoto, conspiciendum se exhibebat, intelligenda sint.

§. VIII. Ipsum *velum coloratum*, quod *Sanctuarium*, ab *Atrio*, discriminare, atque, adeo, januae locum, insimul, supplere debebat, quando, semel, suspensum erat, prius non amovebatur, quam cum, *Domini* jussu, in itinere pergendum, omnesque *Sanctuarii* partes, loco suo, vendae, &, summa cum cura, ut sancte custodirentur, componendae essent. Posteaquam igitur DE US, magni signum dedit, & Moses, piissimis Iustum praecibus, ut fidissimum se *Israeli* comitem praestaret, excitasset, *Sacerdotes* hoc quoque *Velum* desumebant, idemque *Gersonitis* portandum committebant.

F 3

SECTIO

(q) Von denen alten Jüdischen Heiligtümern L. I. C. VI. n. 27.

## SECTIO III.

DE  
VELO ATRII.

§. I.

**A**d tertium, tandem, Tabernaculi *Velum*, quod *Atrio* proprium erat, quodvę, a Spiritu S. Exod. XXVII. 16. concinne, ac eleganter, descriptum est, deproperamus. Nomen, quo velum hoc insignitur, cum isto, quo *Sanctuarii Velum* denominabatur, prorsus coincidit, siquidem, קֹרֶבֶת notio, locum, hic quoque, obtinet. Ad dimensionem illius, accurate, dijudicandam, conferri, in primis, merebitur Exod. XXXVIII. 18. ubi עֲשָׂו אֶת כְּסֵךְ וְקֹרֶבֶת בְּרַחַב הַמִּזְבֵּחַ Viginti cubitorum longitudo; altitudo, vero, in latitudine, (tegumenti) quinque cubitorum: verba, illam determinant. Latitudo, itaque, istius, quam hic קֹרֶבֶת vox, quae, alias, longitudinem, proprie, denotat, sifit, viginti cubitis; altitudo autem, quam קֹרֶבֶת, altitudo in latitudine, vocabula, per Ebraismum, (cum latitudo veli, jacentis, ejusdem istius, erecti, & suspensi, altitudo sit,) suppedant, quinque cubitis, juxta rationem cortinarum Atrii, absolvebatur. Cum, autem, *Atrium*, ex omni parte, cubitos quinquaginta, Exod. XXVII, 18. latum esset, & *Velum* istius, ex his ipsis, viginti sibimet adpropria verit, primum omnino est, ut credamus, quod, ab utraque ejusdem parte, pro reliquis continis, triginta, in universum, cubiti, aequaliter, & ita, ut unicuique lateri quindecim cederent, disperiendi, adhucdum, profliterint.

§. II. Suspensum hoc velum erat, in שער הַמִּזְבֵּחַ Porta

1. *Porta Atrii*, quarum notionum indoles, atque vis, similiter, paulo sollicitius, evolvenda erit. Prior, ex il-  
lis, γψ est, &c, a radice γψ, originem suam arcessit. Hu-  
jus significatum cum, vel primarium, vel secundarium,  
statuant *Lexicographi*, & ex his, nominatim, FORSTE-  
RULS, istius intuitu, idem esset ac *apparere*, ut *spe-  
ctrum*, aut, *terricolamentum*, quod *visu horrendum  
est*, ut, scilicet, cum vocibus istis, quae *horrorem*, vel *hor-  
rendum*, vel *horribile*, significant, thema ipsum conve-  
niat. Secundarius significatus esset *cogitare*, *existima-  
re*, vel potius, *acstimare*, *conjectare*, *custodire portam*,  
instar janitoris, qui ante eandem excubat. Rationem  
derivationis, nominis hujus, si priorem arripiamus no-  
tionem, eam, vulgo, allegant *Critici*, quod portae, ob  
amplitudinem, & munitionem, judicia item, quae in  
illis exercebantur, & magistratus, horrendae fuerint,  
quam ob caussam, etiam, pro loco judicii, & publicis po-  
puli conventibus, in *Scripturis sacris*, subinde, istae intro-  
ducuntur. Ad posteriorem verbi significatum, si rite,  
porro, attendere velimus, γψ, *porta*, live, *portae*, ab  
*aestimatione* dictae fuerunt, tum, quod in portis men-  
surae, ad quarum normam, ut L E I G, Hin *Critica Sa-  
cra*, docet, seu, justitiam, omnes reliquae mensurae, cen-  
sebantur, & rectificabantur, reperirentur; tum etiam,  
quod apud portas, fora rerum venalium, in quibus ae-  
stimatio earum siebat, conspicua essent. Arctiori, cum  
τὸ γψ, nexus, hic, copulatur vox γραμμή, quae τὸ *Demonstra-  
tivum*, cum irregulari puncto (-), quod regulariter (-) sub-  
sequenti dagesch forti, esse debebat, praefixum habet,  
quoniam dictum τη, sequente, ex consonis, υ & ππ, una,  
in voce, non monosyllabica, *Kametzata*, saegol sibimet  
ad�licat.

ad�icat. Quod remanet nomen חַצֵּר, id, nonnulli, ab  
 alio quodam radicali, חַצֵּר, quod gramen, idemque oblongius,  
 atque crassius, in locis occultis crescens, & secatum,  
 tum animalibus, tum, etiam, igni pabuum administrans, si-  
 gnificat, derivant. Ex horum sententia חַצֵּר locus sub dio est,  
 vel intra civitatem, vel ruri, circa aedificia, ubi crescit gra-  
 num, & foenum; villa, seu, praedia septo circumdata,  
 & atrii formam exhibentia. MERCERO, sane, חַצֵּר est  
 Atrium sub dio, ubi succrescit gramen, ex in undatione  
 guttarum, quae de teכto cadunt. Sed, ut verum fatea-  
 mur, etymologicae hae rationes parum se nobis probant,  
 tum, quod longius petitae, tum etiam, quod nimis ge-  
 nerales, esse videantur, & ad omnem, promiscue, locum,  
 qui sub coelo, & apertus, est, adiplicari queant. COC-  
 CEJUS, ut ab hoc incommodo vocabulum liberet, in ali-  
 am ingreditur viam, & originem ejus non חַצֵּר, sed חַזֵּר  
 esse statuit, (¶ & tamen, cum literae sint unius organi, fa-  
 cile, inter se, permutantur,) ea, potissimum, ratione mo-  
 tus, quod atria ipsa domos ambiant. Plausum mereri  
 poterat haec conjectura, si modo Chaldaicum חַזֵּר, am-  
 biendi, & non, potius, volutandi, volvendi, redeundi,  
 unde &, forsitan, חַזֵּר porcus, sus, quod ad fordes iste  
 redeat, significatu instructum esset. Sit, itaque, etiana  
 per nos, ¶ חַזֵּר vera radix חַצֵּר, cuius derivationis ra-  
 tionem legitimam licet nos allegare hic nequeamus,  
 ARABS tamen, haud infeliciter, ut quoque MAR-  
 TINUS judicat, suppeditavit, siquidem, apud istos,  
 חַזֵּר, idem, ac concludere, est. Graeci, τὸ ἡράκλειον,  
 communiter, vertunt per αὐλὴν, quoniam, proprie, locus  
 est, superne aperitus, sub dio; locus, aedificio carens, muris  
 aut

aut *septis*, *conclusa area*, pro quo, tamen, alibi, ut *Genes.* *XXIII*, 26. *Exod. XXXVIII*, 16. & *XXXIX*, 39. vocem στρυνην, idem isti, substituunt. Specialiter, ut hic locorum, per רַצְחָנָה intelligitur *Atrium Tabernaculi*, quod, circum circa, hoc ambiebat, & cuius longitudo, ab *Oriente* in *Occidentem*, per centum; latitudo, autem, ab *Austrō* in *Septentriorem*, per quinquaginta, cubitos protendebatur. Ante *Tabernaculum* que erat *Atrii* latitudo, quinquaginta cubitorum, ea conspiciebat *Orientem*, & in tres partes, in duo, scilicet, latera, & introitum, quem MOSES, hic, per רַשְׁוֵת, indicat, quive, in medio laterum, erat, distributa fuit. Unum latus, quindecim cubitos, ut supra, jam tum, monuimus, & tres columnas, cum aulacis, suis, habebat; & ex altera parte, secundum latus, simili- ter, quindecim latitudinis cubitos obtinebat, & columnas tres, cum cortinis suis. Ipse *Atrii* introitus, sive, porta istius, viginti cubitos latitudinis habebat, & columnas quatuor, quibus *Velum*, super quo commentamur, viginti cubitorum, appensum erat. Ad stabiliendas, & extendendas, *Tabernaculi*, & *Atrii*, cortinas, paxilli aenei adhibebantur, qui, humi defixi, funes, tenaciter, retinuerunt.

§. III. Materia, & forma, omni ex parte, cum *Velo Sanctuarii* conveniebat, quae res, uberrimam, insimul, cogitandi materiam nobis subministrat, quod tegumentum hoc portae, a reliquis atrii taperibus, maximopere, se distinxerit. *Atrii* enim cortinae, in lateribus, undaque, conspicuae, confectae, solummodo, erant, ut v. 18. Cap. XXVII, docet? ex ρ̄ση τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸν οὐρανόν, juxta LXX. Senes, ex *bijō torta*, quo ipso a *Velo*, quod, portae vices, in *Atrio*, obibat, insigniter, istae disseri-

minabantur. Illud, enim, similiter, ut *Velum Sanctuarii*, coeruleo, purpureo, & coccineo, colore variegatum erat, & quidem מִשְׁׂרָר, opere texili, quam ultimam circumstantiam, ARABS, cum verba, autentica reddebat, plane, omittere non debuisset.

§. IV. Columnae, quibus *Velum* hoc imponebatur, numerantur quatuor, quae & ipsae, a reliquis, totius *Atrii*, sive materiam, sive formam spectes, plane non distinctae fuerunt. JOSEPHUS, (r), cuius vestigia BONFRERIUS, (s) hic, legit, eo delabitur, ut existimet, quod, communes cortinarum columnae, ex aere fusae fuerint; a quo tamen PHILO, (t) tantisper, dissentit, & majori probabilitatis specie, conjectat, quod & hae columnae, instar reliquarum omnium, ex cedrinis lignis, per quae, sine dubio, ligna מִתְּבֵן intelligit, efformatae fuerint. Et hanc Philonis sententiam, contra Josephum, & Bonfrerium, in primis, tuetur LUNDIUS, (u) quandoquidem, semel supposito, quod ad extractionem tabernaculi, 6637. librae aeris, ex quibus, quinque *Sanctuarii* columnarum bases, Holocausti altare, cum omnibus, quae ad illud pertinebant, instrumentis, *Labrum*, atque *Scapus* ejus, LVI. item bases columnarum *Atrii*, cum antaeorum paxilis, parari oportebat, a populo conferri debuerint; aeris haec summa, si, operibus perficiendis, ipsas, quoque, atrii columnas LVI. adnumerare velimus, sufficere, vix, potuisset. Frustra, porro, idem JOSEPHUS, adnotat, quasi, duae, ex quatuor his, quae Portae *Atrii* *Velo* inserviebant, columnae, quaeve latera, quasi

(r) L. III. Antiq. Jud. C. V. (s) ad Exod. XXVII, 10. (t) Libr. III. de Vita Moysis p. 517. (u) Von denen alten Jüdischen Heylighthäusern L. II. Cap. VII, n. 12.

quasi, istius constituebant, ex aere reliquae, autem, duae, in portae medio collocatae, ex argento, conflatae fuerint; quoniam, hac ratione, ut alia incommoda taceamus, ipsae Sancti Sanctorum columnae, minimum, his duabus argenteis, qua splendorem, quadanterus, cessissent. Tuttior, omnino, ut putamus, Philonis, & Lundii, est conjectura, per quam, omnibus, in universum, & ita, etiam, Veli Atri columnis, una, eademque, materia, scilicet □שׁוֹבֵן, ligna Schittim, quae, forsan, ute potest toties, alias, introducta, Scriptor Sacer v. 10. & 16. l. c. exprimere superedit, adproprietantur. Accedit, quod v. 17. ipsis Atri Portae columnis, ad reliquarum, quae Atrio inserviebant, exemplar, ut major earum ornatus esset, fasciae argenteae attribuantur, quod urgeri vix debuisset, si ex quatuor Portae Atrii columnis, duae, minimum, ex solo argento fundi debuissent. Bases columnarum Veli hujus, similiter, ex aere, ad exemplar reliquarum, de quibus comma 10. agit, concinnatas fuisse, v. 17. dilucide, etiam, monstrat, cui rei, quandam, quasi, appendicem, adnectit JOSEPHUS, quando bases has, non tantum, deauratas, sed & ut terrae, quo, eo firmius, contra ventorum insultus, persisterent, infigi potuerint, cuspidatas fuisse, quod ultimum assertum, magna probabilitatis specie, non caret, statuminat.

§. V. Ante, autem, quam toti, de Tabernaculi Veli, tractationi colophonem imponamus, haud injucundum erit disquirere: Quorsum, scilicet, post extictionem Tempri Salomonei, atque, tandem, post miseram hujus devastationem, haec quoque Vela pervenerint? Si Gemarotam, (x) ad Quæstionem: Quorsum, totus tabernaculū

culi apparatus, destruccióne templo priori, delatus fuerit? hic consulamus, R. Chasda, ex Abimi ore, respondebit: In cavernam templi; cui, tamen, alii RABBINI, a Lundio (y) citati, aperte contradicunt. Idem hic VIR CL. ex i. Reg. VIII, 4. &c 2. Chron. V, 5. potius, probare satagit, quod totum Tabernaculum, cum omnibus suis partibus, atque instrumentis, ad quae *Vela*, in primis, etiam, referenda erant, (praeter Lychnuchum, Mensam panum, & Arcam, quae, primo loco, nominanda erat,) in conclave Templi superioris, quod laudatus Vir, sollicite, & accurate, describit, repositum, ibidemque, ad destructionem, usque, *Templi* hujus, religiose, custoditum fuerit. PATRICIUS, postquam ad Regum l. c. adnotaverat, quod per Tabernaculum, ibidem, non istud, quod DAVID, in Hierosolymis, 2. Sam. VI. 17. paraverat; sed quod, Gabrone, prius, ut CLERICUS etiam, ad l. c. judicat, Ierosolimam allatum fuisset, i. e. Mosaicum intelligatur, (licet Davidicum plane non excludat, sed potius Mosaicum, forsan, junctum fuisse, existimet,) duplicem, potissimum, caussam, cur idem illud, cum omnibus suis instrumentis, eo deductum fuerit, allegat. Prima est, ut omne superstitionis, atque idolatriae, periculum evitaretur; altera, ne in alio, quo cunque, loco, quam in templo, noviter, a Salomone extructo, & dedicato, divinus cultus perficeretur. Post conflagrationem, vero, templi Salomonei, quorsum, cum aliis instrumentis, *Vela* haec delata sint, super isto negotio, diu, multumque, inter Eruditos, disceptatum est. Auctor Libri Secundi Maccabaeorum assererat, quod, in prima Hierosolymorum devastatione, Tabernaculum, atque, hac ratione, etiam *Vela*, cum arca in

---

(y) l. 6, L. II, 6, VIII, n. 18.

in profundam quandam, *Choreb* montis, speluncam, a JEREMIA, Propheta, deportata, & abscondita, fuerint: Spectant huc ea, quae Cap. II. 4. seqq. habet verba: Ηδὲ ἐν τῇ γεατῇ, ὡς τὸν σκονὴν καὶ τὸν πίθατὸν ἐκέλευσεν, ὁ προφήτης χειράστομά γεννηθέντος αὐτῷ συναπληθεῖν, ὡς δὲ ἔχοντας εἰς τὸ ἄρθρον τὸ Μωϋσῆς αἱρέστατο τὸν τόπον πλησιονίαν, καὶ ἐλθὼν ὁ Ιερεὺς ἔνεψεν τοῖς αὐτούδην τῷ τὸν σκονὴν, καὶ τὸν πίθατὸν, καὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιατῶν εἰσῆνεγκεν ἐκεῖ. Confona his docet JOSEPHUS, Ben-Gorion, (ε) a Carpzonio (a) allegatus, dum ita statuit: וְאַרְחֵן אֲנֹנו כִּי לְקֹחוּ וּרְמִתוּ הַנְּכִיאָה עַמּוּדְיוֹת הַתְּרוּשָׂות הַשְׁמַרְתָּן עַבְרֵי יְהוָה בְּטֻרְבָּה וּוּסְמָת אֶתְמָת בְּחָרְבָּה נְבוּ וּמְצָא שָׁמְרָה וּוּתְמָם: Arca autem non aderat, quia abstulerat eam Jeremias Propheta, una cum omnibus cortinis, quas fecerat Moses, servus Domini, in deserto, & posuit eas in monte Nebo, ubi invenit speluncam, in cuius concavitate temposuit eis. At enim, vanam hanc esse sententiam, & nullo firmiori fundamento suffultam laudatus CARPZONIUS, solide, etiam demonstrat. Secundus, enim, Macabaeorum liber, aequo ac primus, & tertius, est Apocryphus, atque ita comparatus, ut, infallibili probandivi, nequaquam instructus sit. JOSEPHUM, Gorionidem, autem, qui, in Historia, testem, producunt, illi Summi Viri, Josephi Scaligeri (b) judicio, imperite facere censentur. Vere, itaque, ut docet etiam BUXTORFIUS, (c) omnino, videtur esse simillimum, quod, justo Dei, in peccata Israelitarum, judicio, in primi templi vastatione, vela quoque

G 3 perierint,

(ε) Lib. I. Cap. XVII. edit. Münscheri, Bas. 1514. (a) Disp. de Quæst. Sacra: Quonam Area fæderis pervenerit? C.I. §. 3. p. 5. (b) Elench. Tribuere: Nicol. Serarii, C. IV. p. 242. (c) in Historia Area fæderis Cap. XXII, p. 203.

perierint, sive, quod illa a *Babylonis* tum, una cum aliis rebus, capta, direpta, &, tandem, corrupta; sive, quod occupata, a *NEBUCADNEZARE* *Hierosolyma*, &, conflagato templo, z. *Rog. XXV.* *Vela quoque haec, insimul, combusta fuerint.*

## CAPVT II. DE VELIS TEMPLORVM SECTIO I. DE VELIS TEMPLI, PRIORIS, SALOMONAEI.

### §. I.

**A**D summum quietis, & floris, fastigium, postquam, sub sapientissimo, ditissimoque, Rege, *Salomone*, populum suum *DEUS* perduxerat, prae reliquis omnibus locis, *Hierosolymis*, & in his, potissimum, monte *Moriah*, gavissus est, ut sacra ibidem, publice, atque solenniter, perficerentur. Indicaverat, hunc in finem, *DAVIDI*, fore, ut, *Filius, & Successor, ejus, domum sibi extrueret, qui & in eo, maxime pere, occupatus fuit, ut, in rei istius gratiam, necessaria, tempestive, congereret, amplissimumque *Salomoni* thesaurum praepararet, ut, eo facilius, omne, ab Eodem, negotium consummaretur.* His subsidiis, *SALOMO*, instructus, stupendum opus aggressus est, idemque, breve intra temporis spatium, ad finem, felicissime, perduxit. Ne autem quis existimet, quod ex ingenio, & libera sua voluntate, cuncta ille disponuerit, *Templum*, in se, & pressius, spectatum, ad *Tabernaculi* rationes, cuius loco istud esse debebat, conformavit. *Praeter Sanctum Sanctorum,*

ctorum, enim, Sanctuarium, Mensam panum, Can-  
detabrum, Altare, Volum quoque, cuius mentio 2. Chron.  
III. 14. injicitur, in eodem isto comparuit. Utrum vero,  
praeter hoc velum, aliud adhuc, in Templo exti-  
tuerit, ea res in disceptationem, dudum, abiit, dum alii,  
pro uno, &, iterum, alii, pro duplici, Velo pronunciant.  
ABULENSIS, (d) & JANSENIUS, (e) in eo conspirant,  
quod unicum, tantum, Volum, ibidem, fuerit, ita tamen,  
ut prior, ad ingressum in Sancta, sive Sanctuarium; po-  
sterior, ad ingressum in Sancta Sanctorum, illud con-  
stituat: Et haec sententia, prae Abulensis conjectura,  
probator est, siquidem Scriptor Sacer Libri Chronicorum,  
de פרבָּה, sive Velo Sancti Sanctorum, proprie,  
loquitur. CLERICUS, (f) similiter, istud siparium, hic,  
intelligit, quod januae adyti, apertae, obtendebatur,  
quale etiam in Tabernaculo Mosaico onspicuum erat. Stet,  
itaque sententia, quod, per פרבָּה, Chron. I. c. San-  
cti Sanctorum velum, primario, intelligendum sit; ta-  
men, cum positio unius rei, alterius non sit exclusio, nil  
impedit, quo minus, cum MENOCHIO, (g), qui ad Bar-  
rarium, hoc in negotio, sigillatim, provocat; & cum  
LIGHTFOOTO (h) asseveremus, quod in Salomoneo,  
quoque, Templo, Vela duo, quorum alterum, ante San-  
cta; alterum, ante Sancta Sanctorum esset, extiterint, ma-  
xime, cum & JOSEPHUS, (i) eandem hanc sententiam,  
calculo suo, confirmet.

§. II. Ipsum Sancti Sanctorum Volum, hoc in Tem-  
ple, nequaquam, vices parietis integerini, sustinebat, sed  
apertam

(d) Comment. in b. I. (e) cap. XLIII. Concord. Evang. (f) Comment.  
2. Chron. III. 14. (g) Comment. 2. in Chron. III. 14. (h) OO. in  
Vol. I. p. m. 582. (i) de Bello L. V. cap. XI.

apertam, solummodo, januam, *Sancti Sanctorum*, con-  
tegebat. Talis enim paries, ex trabibus cedrinis, ba-  
culis aureis, inter se, conjunctis, XX. cubitorum altus,  
uniusque crassus, a *Salomone* extruebatur, in cuius me-  
dio janua, pro ingressu, adornata erat. Hujus valvae,  
ex oleo confectae, a *Lundio*, pentagonalis figurae ha-  
bentur, cuius sententiae, quam & *Kimchi*, cum *Salomo-  
ne*, fovet, fundamentum, i. Reg. VI, 31. his in verbis, ha-  
betur: קְרֵבָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. Sed, cum autentica  
haec intellectu, admodum, difficilia sint, inter *Interpre-  
tes*, autem, docente *PATRICIO*, ad h. l. reperiantur,  
qui existimant, quod, in ordine templi portarum,  
quintum locum, a porta *Atrii Populi*, *Atrii Sacerdotum*,  
*Porticus*, & *Sanctuarii*, numerando, nostra haec occu-  
paverit, in istorum judicio & nos acquiescimus.

*S. III.* Quamvis, autem, janua, *Sancti Sanctorum*, valvis  
communita esset, nihilominus, tamen, nunquam, istae  
claudebantur, sed quovis, potius, tempore apertae erant.  
*LUNDIUS* ad testimonium R. *Judae Leonis*, hac in par-  
te, provocat, cum tamen, firmius quoddam, ipsa *Scriptu-  
ra S.*, nobis suppeditet. Vectes enim arcae, ut ex i. Reg.  
*VIII*, 8. constat, eo usque prominebant, ut extremita-  
tes eorundem, e *Sancto*, versus partem anteriorem *Adytis*,  
foris conspicerentur. Jam vero, si fingere velimus, quod  
clausae fuerint valvae, tum ipsis *Scripturis S.* in os, qua-  
si, obloqueremur. Apertas, itaque, istas fuisse, omnino,  
concedendum erit, siquidem Vectes arcae, ex promi-  
nentiis, in *Velo*, observari potuerunt, ita, tamen, ut re-  
tectae extremitates non apparuerint. Sed cum longi-  
tudo vectium non, nisi decem cubitorum fuerit, neque  
etiam in *Lege* dicatur, quod extra *Velum* conspici isti  
potue-

potuerint; *Adytum*, autem, sive, *Sanctum Sanctorum*, in *Templo*, ad viginti cubitorum fuerit; probabile, omnino, est, quod, licet illos extraxerint, *exterius*, tamen, ante *A- dytum*, conspici isti non potuerint. Dicit, ad hoc, ABAR- BANEL, quod *Arca*, in *Adyto*, non proxime, ad parietem *Occidentalem*, sed, aliquantum, longius, ab eo, ut, exte- rius, vestes conspici potuerint, collocata fuerit. R. LEVI, Ben Gerson, paulo aliter, sentiens, scribit: quod *Sato- mo*, quidem, *Arca* ipsam non immutaverit, novos, tamen, vestes ei addiderit, tantae longitudinis, ut ad *Velum* us- que portae, pertigerint, &c, hac ratione, impedimento fuerint, quominus illa claudi potuerit; cui sententiae, ipse etiam ABARBANEL, quem Buxtorfius allegat, suf- fragatur. Prior, interim, ita se, similiter, habet, ut, & per istam, *Scriptura S.* feliciter, conciliari, *Velique*, cu- jus, in autentico, *תְּכַדֵּךְ*, apud LXX. *nασανέτασμα*, & hic locorum, nomen est, necessitas stabiliri queat.

s. IV. Ad *Sanctuarium* delati, ante omnia, observa- mus, quod *Porta* istius valvis, ex abiecte *confectis*, mu- nita, mirandoque ornatu, similiter, insignita fuerit. Qua figuram, *Portam* hanc, quadratam extitisse, id, aliquo modo, ex *Ezech. XLIII*, 23. conjici potest. Locum hunc, R. DAVID KIMCHI, apud *Villapandum*, (k) explicans, *Limen*, inquit, *quadrangulum*, vel, *Templi limen quadran- gulum*, i. e. *limen* portae *Templi quadratum erat*, ad dif- ferentiam *Istorum*, qui *limina rotunda* faciunt. Dimen- sio illius, in *Scripturis S.* non est expressa, unde, super ea, non disceptamus, sed, potius, ad conjecturas, a LU- N-

H DIO

(k) *Explanat. Ezech. Prophetae & Apparatus Urbis ac Templi Hieros- t. III, Part. II. Libr. IV. C. 46. f. 329.*

DIO, (l) & JOSEPHO, (m) in medium propositas, *Lectorem* remittimus. Illud, autem, potiori jure, notari, hic, merebitur, quod quidam, & maxime ex *Rabbinis*, duas *Portas* statuant, exteriorem alteram, alteram interiorem, atque, hac ratione, *Velum Sanctuarii*, taceite, quasi, summoveant. Expressa, enim, R. SALOMONIS verba, ad *Ezech. XL1*, 25. 26. ita habent: *Portae templi bina erant ostia*, sicut legitur in *Tractatu Mensurarum*: *Quatuor ostia erant illi*, duo in porta interiore, & duo in porta exteriori. Erudite, autem, adnotat VILLALPANDUS, quod, ex hac hypothesi, semel supposita, absurdia innumera enascantur, atque, adeo, januarum haec multitudo, pro inani *Rabbinorum* signamento, habenda sit. Nec, quicquam, obstat huic assertio, quod, l. Reg. VI, 34. *Portae* huic orientali, binae fores assignentur, quandoquidem duabus valvis, quarum utraque, ex צְלָעִים נֵנֶשׁ, duabus partibus, inter se complicitis, constabat, illa instructa fuit. Ipsi, etiam, *Adyti Portae* istiusmodi, בְּשָׂבִר רַתּוֹת, duae fores, v. 32. l. c. adproprietantur. Alterius, itaque, *Portae*, loco, quod, legitimis permoti caussis, asseveramus, in *Sanctuarii*, etiam, ingressu, *Velum* appensum fuit, quod ipsum, tamen, LIGHTFOOTUS, (m) qui adversae patrocinatur sententiae, duas, hasce, intra *Portas*, collocatum fuisse, arbitratur. At enim vero, facile apparet, quod, si, istiusmodi quid, admittere velimus, aut altera *Porta*, aut, ipsum *Velum*, omnni, prorsus, usu caruerit; cum, e contra, si nostra arripiatur sententia, per quam, in ipso *Sanctuarii* pariete, interiori, *Velum* hoc firmatum fuit, necessitas illius ad oculum patescat, siquidem ita, postquam valvae aper-

tae

(l) l. e. cap. VII, n. 43. (m) Libr. VIII, Antiq. cap. 2. (n) QQ. Vol. I.  
p. 582.

tae erant, ingressum Sanctuarii velum istud obvelabat, Materiam, & formam, Sacrae Literae, non determinant, ut ut JOSEPHUS tradat, quod qua istas, Velum hoc, cum Sancti Sanctorum velo, si Cherubinos, solummodo, excipiamus, prorsus concordaverit.

§. V. Ad Portam Porticus, sive, Vestibuli, si progredi, ulterius, velimus, ex mente LUNDII, (n) nullam, ibidem, reperiemus, siquidem JOSEPHUS fileat, atque adeo, hac in parte, prorsus, nos destitut. Idem, nihilominus, (o) omnibus, Atri interioris, Portis, Vela, ex hyacinthinis, purpureis, coccineis, & aureis, filis, contexta, floribus item, atque gemmis, exornata, tribuit, testemque hujus rei, praeter R. Judam Leonem, (p) CONSTANTINUM I<sup>er</sup>, Empereur, (q) potissimum, allegat, Tuetur, autem, se, hac in parte, in primis, VIR. Celebr. auctoritate LUDOVICI de DIEU, (r) quando is, apud Orientales, eam aedium structuram fuisse, indicat, ut aperta prima domus janua, quae plateam spectabat, mox quis in aliam inciderit, quae Velo, quod r̄m, tegumentum, ARABES, vocant, eum in finem, ne intranti introspicere detur in conclave, ubi paterfamilias degit, obducatur. Nos firmiter, potius, tenemus, quod, semel supposito, ad Atri Portam, in Templo Salomonaeo, Velum, similiter, appensum fuisse, non Gentium mores, & privatuarum, apud has easdem, aedium constitutio, sed antiquissimi, in deserto eretti, tabernaculi rationes, isti modi quid, exegerint.

## H 2

## SECTIO

(n) l. c. Cap. XI. n. 43. (o) l. c. Cap. XX. n. 7. (p) Libr. II. de Templo. c. XXII. §. 178. (q) Not. ad Middoth. Co IV, Sect. I, (r) Crit. Sacr. ad Act. XIV. 13. f. 587. 588.

## SECTIO II.

DE

VELIS TEMPLI, POSTERIORIS,  
ZOROBABELICO-HERODIANI.

§. I.

**V**Astato, per Nebuzar-Adan, satellitum, Regis Ne-  
bucadnezaris, praefectum, Templo Salomonaeo, e-  
lapsisque, LXX, Captivitatis Babylonicae, annis, po-  
testas, a CYRO Persarum Rege, Iudeis concedebatur,  
ut novum aliquod, in Hierosolymis, Templum extruerent,  
id quod etiam, eodem isto imperante, sua ca-  
piebat primordia, sed, sub DARIO, demum, Hysapis fi-  
lio, ZOROBABELE, qui para statam Jesuam habebat, o-  
mne opus dirigente, perfectum est. Posteaquam, au-  
tem, illud ad majestatem, atque Splendorem, Templi  
Salomonei, multis, imo innumeris, in rebus, non assur-  
geret; consilium, secum, init HERODES, ut, in eo ex-  
ornando, potissimum, occuparetur, quo, & nominis  
gloriam amplificaret, & maculam *Ethnicismi*, tot fa-  
norum gentilium exstructione, contractam, hac, demum,  
ratione, quadantenus, elucret. Factum hinc est, ut in  
Zorobabelico, per HERODEM, plurimum, expolito, Tem-  
plo, juxta typos, atque exemplaria, prioris Salomonaei,  
cuncta, propemodum, adpararentur, ipsaque, adeo, Vela  
adornarentur. Quot, vero, ad numerum si attendamus,  
Vela istiusmodi, hoc in Templo, suspensa fuerint, in isto  
conficiendo negotio, Scriptores non concordant. NI-  
COLAI, (s) tria; in Templo, Zorobabelico-Herodiano; unum,  
nempe, ante Sanctum Sanctorum, alterum, ante San-  
ctum;

¶ in Not. ad Siganii Libr. II, C. V, p. 179.

etum; ac tertium, denique, ante Atrium, conspicua fuisse, adnotat. LIGHTFOOTUS, (t) e contrario, tredecim, hic, assumit, eademque ita ordinat, ut asseverer, quod septem, Atrii Portis, in monte Templi, unum Portae Porticus, & unum Portae Templi, inservierint; duo, autem, Sanctuarium, atque Adytum, inter, & totidem, denique, perpendiculariter, supra haec, in superiori conclavi, cuius rei testem, MAIMONDINEM, (u) allegat, extiterint.

S. II. Et, sane, duo vela, Sanctum inter, atque Sancta Sanctorum, hoc in Templo, fuisse, Talmudici Doctores, ad quos, idem Vir CL. (x) provocat, testimoniis suis, ad prime, confirmant. Erat, inquit, ad istorum mentem, MAIMONIDES (x) in templo, murus, qui separabat Locum Sanctum a Sanctissimo, cubitum crassus. Sed cum aedificarunt secundum templum, dubitarunt, an crassities hujus muri pertineret ad dimensionem Sancti loci, vel, ad dimensionem Sanctissimi. Quapropter fecerunt sanctissimum, viginti cubitos integros, longum; Sanctum, vero, quadraginta integros. Et reliquerunt spatium cubitale inter Sanctum, & Sanctissimum, locum; atque, in secundo templo, non aedificarunt, ibi, murum, sed fecerunt duo Vela; alterum, ad extremitatem Sanctissimi loci (orientem versus) alterum ad extremitatem Sancti loci, (occidentem versus) & inter ea cubitale intersitium erat, secundum crassitatem muri, qui fuerat, in primo templo, in quo unicum tantum fuerat Velum. Spatium, sive, intersitium, hoc cubitale, *תְּרוּקָסִין* vocant, quam vocem, Auctor ARUCH, R. NATHAN, Graciam esse contendit, item, etiam, CONSTANTINUS L' Empereur

(t) OO. Vol. I. p. 583. (u) Mikdasch Per. 7. (x) I. c. p. 586. (x) Beob. Habbech. Pereck. 7.

rever, (y) cum *tágaξis*, apud *Graecos*, *intus*, vel *extra*, ut & morbum oculi, quo turbatur, vel impeditur, visus, significet. Idem, enim, quoad oculos mentis, expertos fuisse istos, qui templum, posterius, extruebant, postquam, ad locum hunc, pervenissent, quandoquidem, plane, isti ignoraverint, utrum ad *Sanctum*, an, vero, ad *Adyutum*, potius, reduci ille debuerit. Sed, ut verum fateamur, non desunt, inter *Judeos*, aequae ac *Christianos*, qui contrariam sententiam fovere, ac tueri, annisi sunt. Ex *Rabbinis*, sane, R. JOSI, quem *LIGHTFOOTUS* excitat, arbitratur, quod, nonnisi, unicum, ibidem, aulaeum comparuerit, cum, diserte, dicatur: *Et separabit vobis aulaeum inter Sanctum, & Sanctum Sanctorum.* Suffragantur, e *Christianis*, huic sententiae, praerer *Cappellum*, ARIAS MONTANUS, (z) alii, quorum praecipua ratio, isthuc redit, quod *Mattaeus*, *Marcus*, & *Lucas*, de unico, solummodo, *Volo*, Optimi SERVATORIS mortis tempore, in duas partes, scisso, mentionem in-  
jiciant. Sed, quantum ad R. Josi glossam attinet, illam, recte, limitat *Gemara Babylonica*, (a) quando allegata, ab eodem, verba, de *Tabernaculo*, non, vero, de *Templo secundo*, accipienda esse, ista pronunciat. In *Templo*, autem, &, sigillatum, quidem *Secundo*, rem aliter se habere potuisse, *LIGHTFOOTUS*, (b) vel, inde, demonstrare annis est, quoniam, scilicet, *Evangelistae*, in declaratione rei ipsius, de particularibus explicandis, parum solliciti, sed contenti, potius, fuerint, ut intergerinum istud repagulum, quo *Sanctum Sanctorum*, & a conspectu, & ab *Aditu*, obvelatum erat, ruptum fu-  
isse

(y) in *Middoth*. p. 164. (z) *Antiq. Jud.* p. m, 96. seq. (a) 00.  
Vol. II. fol. 38.

isse indicarent; quae conciliatio ipsi, etiam, LUNDIO,  
(c) adeo, placet, ut a *Rabinorum* consensione, tem-  
re, hic, recedendum non esse suadeat.

§. III. Duo haec vela ad trabes crassiores, uncinis  
aureis, applicata, eum in modum, erant, ut, intra se, e-  
spatium, unius cubiti, relinquerent. Contexebantur ista a  
virginibus, mensum fluxu, nondum, laborantibus, septua-  
ginta duobus filis, quorum quodlibet, viginti quatuor, si  
cum BRAUNIO, (d) ad Codicem Schekalim, (e) attendamus;  
octuaginta, vero, si cum LUNDIO, (f) R. Judam Leonem,  
sequamur, filamenta habebat. Materia filorum lana  
erat pretiosissima, hyacinthino, purpureo, & coccineo, co-  
lore tincta, quae, una cum *Cherubinorum*, florumque,  
omnium generum, figuris, singulare velis hisce orna-  
mentum conciliabat. Ne, autem, attriti quicquam in  
Templo, &c, potissimum, prope Sanctum Sanctorum, rep-  
raretur, quotannis, duo istiusmodi vela conficiebantur,  
quae, tamen, antiquis, prius, substitui non debebant,  
quam, postquam in Podio Atrii Mulierum, ut a toto po-  
pulo, qui, num rite facta essent, judicare debebat, cer-  
ni possent, eadem ista appensa fuissent. Antiqua, novis  
surrogatis, sollicite, cum in finem, abscondebantur, ut  
in Festis, primariis, nec minus, etiam, in Sacrificii Aquae  
Festo, muri Atrii iisdem induerentur. Et ut, eo cura-  
tius, cuncta haec observarentur, peculiaris Velorum Prae-  
fectus constitutus fuit, cuius curae & reliqua, Sancti,  
scilicet, Atrii, Conclavis Superioris, portarumque, Vela  
commissa erant; quive, prioribus corruptis, ut nova  
suppeditarentur, omniaque, juxta debitam, consuetam-

que

(c) I. c. Cap. VI. n. 58. (d) Comment. in Epist. ad Ebr. Cap. VI. 9.

(e) Cap. VIII. §. 5. (f) I. c. n. 55.

que, methodum locarentur, ordinare debebat. Sin, autem, contigeret, ut, interea temporis, communia aliqua pollutione, vela dicta, contaminarentur, tum detracta, per ablutionem, mundabantur, & ē τῷ ἡμῖν, sive *Spatio Intermurali*, ut, digne, exsiccarentur, suspendebantur. Confer, omnino, *Codicem Schekalim* & R. *Judam Leonem*, supra allegatum, ubi haec, atque alia, huc spectantia, fusius deducta, reperiuntur.

§. IV. Cum, itaque, quovis anno, ad *Sanctum Sanctorum*, nova vela, quorum densitas, a *Rabbiniis*, unius palmi, vulgo, existimat, suspenderentur, pro singulari, utique, stupendoque, miraculo, ruptura Ejus habenda erit. Sed cum, ab *EVANGELISTIS*, *Velum* istud, quod disruptum est, distincte, non denominetur, lis, inter *Eruditos*, dudum, exorta est, cuinam, praecise, *Velum*, scissio haec adscribenda sit? *Hieronymus*, (g) item *Baronius*, & *Cyrillus*, ut refert *ISAACUS CASAUBONUS*, (b) quem, in primis, excitat *JO. NICOLAI* (i) *Exterius*, sive, *Sanctuarii Velum*, & eam, quidem, ob caussam, hic, diligunt, quoniam, scilicet, id ipsum, utpote omnibus conspicuum, majorem admirationem adferre, horroreque, laicos etiam, magis manifeste, quam interius, solis sacerdotibus visibile, perfundere potuerit. *ORIGINES*, apud *Jansenium*, (k) aliam addens, monet, quod, per adventum *DOMINI*, & mortem *Istius*, conscissio legis velamine, *DEUS* mysteria legis, quae, ad Illius adventum usque, occulta fuerint, publicaverit, ita tamen, ut, nec huicdum, penetralia *DEI* arcana, videre nos, atque

(g) *Epist. CL. Qaaest. VIII.* (b) *Exercit. XVI. ad Annales Baronii*,  
annui XXXIX, num. CXXVII, f. 571. (i) In *Notis ad Sigonium de Rep. Ebr.* p. 125. (k) *Concord. Evang.* c. 139.

atque cognoscere, queamus. At enim vero, ipse laudatus NICOLAI, qui, cum Hieronymo, aliis, sensisse, quadtenuis, videri poterat, priorem rationem, aperte, & il-  
lud, sane, non immerito, improbat, siquidem DEUS,  
per rupturam *Veli*, non horrorem populo incutere, sed  
liberam, potius, viam, CHRISTI morte, ad *Propitiatori-*  
*um* paratam, omnibus indicare, atque aperire, intendit.  
Posterior ratio, ab *Origine* allegata, mere allegorica, &  
in Scripturis S., plane, non fundata, sed, perversae cuidam  
hypothesi superstructa est. De repagulo, autem, *San-*  
*cti Sanctorum*, apud *Evangelistas*, sermonem esse, id,  
Auctor Epist. ad Ebraeos, Cap. IV. c. 16. manifesto satis,  
indicare videtur, quando se, *Judaeosque*, ad quos scri-  
bit, quasi excitans, dicit: περοεχώμεθα ἐν μετά παρη-  
στας τῷ θεόντι καὶ αὐτῷ: siquidem particula ἐν, ad com-  
ma praecedens nos remittit, ubi, *Summus noster Pontifex*,  
non, tanquam rudis, & severus, Vir, sed, ut misericors, & nos  
summe amans, describitur, per quem, in N. T., ad thron-  
num gratiae, per Operculum *Arcae foederis*, quod, una  
cum *Cherubinis*, superbū DEI efficiebat thronum, in  
*Veteri Instrumento* adumbratum, recta, accedere quea-  
mus. Propitiatorium, enim, quoniam gratiam, in  
CHRISTO JESU, repraesentabat, eam ob caussam, oc-  
cultabatur, quod satisfactione, licet, in judicio divino, tan-  
quam praefixa, respiceretur, re ipsa, tamen, nondum pra-  
efixa esset. Haec autem occultatio, cum, per *Sancti San-*  
*ctorum Volum*, perficeretur, necessarium, omnino, erat,  
ut, quo via nobis ad *Propitiatorium*, sive, ad gratiam, in  
JESU CHRISTO, per satisfactionem praeparatam, pa-  
tesceret, idem istud summoveretur. Facem negotio  
hunc, clarissimam, praefert, Cap. X. v. 19, & 20. ubi CHRI-  
STUS

STUS, viam nobis, ad Sanctum Sanctorum, praeparasse dicitur, dia 18 ualuentia ual. 3, tressi, ihs crux dñs, per velamen, id est, per carnem suam. Cum, itaque, per mortem CHRISTI, via in Adytum, tanquam per Velum quoddam, adaperta fuerit, conjectu facillimum est, quod per Velum, mortis Iustus tempore ruptum, utpote, quod typus hujus rei erat, nullum aliud, quam istud, quo Sanctum Sanctorum obtegebatur, intelligendum sit. Sed hoc summoto dubio, negotium omne, nondum, confessum est, siquidem, ulterius, haud praeter rem, super eo, inter se, disceptant Critici: Utrum, ex Sancti Sanctorum Veli, unicum, tantum, vel ambo, insimul, disrupta fuerint? LYRANUS, (1) ADRICHOMIUS, (m) GROTIUS, apud Waleum, FRIEDLIBIUS (n) H. MULLERUS, (o) alii, unicum, ex his, disruptum fuisse conjectant, cui tamen sententiae, dudum, se opposuit JO. LIGHTFOOTUS, (p) atque ostendit, quod Evangelista, qui, in Singulari loquuntur, non, ut supra, etiam, docimus, de particularibus explicandis, solliciti, sed, rem ipsam declarasse, contenti, indigitare voluerint, quod, intergerinum istud repagulum, a quo Sanctum Sanctorum, & a conspectu, & ab aditu, obseptum erat, integrum, atque, adeo, ambo, insimul, Vela scissa, ac rupta, fuerint. Et haec, sane, meditatio, firmissimo suo niti videtur fundamento, quandoquidem, si, aliter, res transacta fuisset, Sanctum Sanctorum, uno velamine, adhuc, integro, obvelatum mansisset, quod, tamen, CHRISTI morte, revelandum erat. Proprio, autem, sensu, ab

Evan-

(1) ad Chron. III. 14. (m) in Jerus. a. 86. (n) ad Matib. XXVII. 51. Quaeft. 58. (o) Hist. Passionis C. 53. (p) Horis Ebr, ad Matib. XXVII. 51. p. m. 588.

*Evangelistis, Volum pro aulaeo, ex lana, aut byssō, con-*  
*fecto, sumi, Interpretes, ad unum omnes, fere, existi-*  
*mant, nisi, quod Episcopus Oriolamus, in primis, iisdem*  
*obloqui videatur, quando is, τὸ παταπέτασμα, non au-*  
*laeum aliquod expansum, aut, cortinam, sed caelaturas,*  
*valde eminentes, quibus fores templi obiectae, &orna-*  
*tæ, fuerint, indigitare hariolatur. Urget enim iste α)quod*  
*HIERONYMUS, (p) per volum templi, moriente CHRI-*  
*TO, scissum, superliminare templi, mirae magnitudi-*  
*nis, significari, asseveret, β) quod SYRUS, Adamo Con-*  
*xen observante, τὸ παταπέτασμα, Matth. XXVII, s. per*  
*superficiem januae, vertat, & γ) denique, quod LXX. Vi-*  
*tri, 1. Reg. VI, 35. caelaturas has, per διαπεπλασμένα πέ-*  
*ταλα, expansas laminas, circumscribant. Ad enim ve-*  
*ro, quantum attinet ad Hieronymum, aliter judicare*  
*non possumus, quam, quod Episcopus Oriolamus, men-*  
*tem Iстius, obiter, tantum, inspexerit, nequaquam,*  
*autem, omnia, huc spectantia, verba, digne, examina-*  
*verit. Certum est, HIERONYMUM, (q) commemo-*  
*rarē, quod in Evangelio MATTHEI Ebraico, de quo*  
*CALOVIUS (r) consuli merebitur, legatur, quasi, non,*  
*ipsum Templi volum, scissum fuerit, sed quod Templi,*  
*potius, superliminare, mirae magnitudinis, ex ingenti,*  
*procul dubio, terrae motu, corruerit. Idem, autem,*  
*Hieronymus; pro vero, id ipsum non agnoscit, cum*  
*Volum Templi exterius, ipso isto in loco, quem Oriola-*  
*mus citat, ruptum fuisse statuat, atque, ita, Ebraicum*  
*MATTHEI Evangelium, tanquam apocryphum, tacite,*  
*rejiciat. Majores suppetias Oriolamo ferre videri*

(p) Epist. CL. Quæst. VIII. in Evangel. (q) Tom. III. OO. Epist. ad  
Hedibiam Quæst. VIII. (r) Crit. S. Diatriba VII. §. 2. seqq.

poterat textus *Syriacus*, qui, tamen, longe aliam, quam ab *Adamo Conzen*, in medium, allata est, interpretationem exigit. Verba, enim, ita, informata sunt: *لِمَذْكُورٍ*  
*كُلُّ مُذْكُورٍ لِمَذْكُورٍ*  
*أَنْ أَذْكُرَ كُلَّ مُذْكُورٍ*, illico facies templi fissa est in duas (partes) a summo usque ad imum: ubi quidem non inficiamur, quod *كُلُّ* & *كُلَّ*, alibi, saepius, *superficiem* indigent, qui tamen significatus, hoc in loco, eodem modo, obtinere non potest. Potius, enim, nos arbitramur, quod *كُلُّ* *كُلُّ*, notiones, peculiarem τῆς καταστάσεως descriptionem insinuent, maxime, cum *Ebr. X, 19. 20.* ubi, ad ingressum, in *Sanctum Sanctorum*, ad quod via per *Velum* *كُلُّ* *كُلُّ*, per faciem portae, parata est, respicitur, easdem istas adhibitas fuisse, reperiamus. Nisi itaque, *Adamus Conzen*, & cum ipso, *Episcopus Oriolamus*, absurdum hoc concedere velint, quasi, scilicet, via in *Templum*, per superluminare portae, vel, per caelaturas ejus, adornata fuerit, nostrae, ut subscriptant isti sententiae, necessum est. Ultima ratio, ex *I. Reg. VI, 35.* de prompta, quod, nimirum, ibidem, caelatura, per διαπεπλέσμένα, πέταλα a *Graecis*, exprimantur, plane, nos non ferit, quoniam istic, de *Templi Salomonis* porta, non autem, de *Herodiani Templi Vero*, ut alia tacemus, Sacro Scriptori sermo est.

§. V. *Velo*, quod ruptum fuit, constituto, circa ipsum scissionis modum, tantisper, occupabimur, qui, monentibus *Evangelistis*, in eo, potissimum, consistebat, quod *Vela Sancti Sanctorum*, non, ex parte, sed ex toto.

a summa

a summo, nimirum, ad imum usque, duas in partes, fuerint dissecta, atque, adeo, *Sacerdotes*, per *Velorum* fissuram, ex *Sanctuario*, in *Sanctum Sanctorum*, proficie-re potuerint. Ut, autem, res haec, summopere miranda, in publicum, statim, evulgaretur, omnibusque, rite, innotesceret, adfuit, conjectante *LIGHTFOOTO*, (s) cui & *Lundius* (t) suffragatur, forsan, isthoc ipso momento, cum prodigium hoc occurreret, in *Templo*, *Sacerdos* iste, qui suffitum, ea vespera, faceret, populoque attonito, posteaquam *Templo* egressus esset, nunciaret: *εξτρον τὸ παταπέτασμα τὰς ράβδους*; facileque, adeo, iste intel-ligeret, quod, *Sancti Sanctorum Adytus*, stupenda, & prodigiosa, aulaeorum scissione, ruptus, ac adaper-tus fuerit. Ne autem casu, aut, fortuito, miraculum hoc evenisse, aliquis existimet, *GUIDO de Perpiniano*, (u) cum *CHRYSOSTOMO*, ingenti isti, quem *SER-VATOR Optimus*, brevi, ante obitum, in cruce edi-dit, clamori, illud adscribit. *THEOPHYLACTUS*, apud *Jansenium*, (u) putat, quod, sicuti mos fuerit, apud *Judeos*, ut in blasphemias, contra *DEUM*, ve-stes suas scinderent; ita, nunc, *Templum* divinum, *CHRISTI* mortem aegre, quasi, ferens, vestem suam, i. *Velum*, disrupterit. Aliam vero, insuper, addit, atque, tandem, monet, quod, quoniā *CHRISTI* morte, *Lex Ceremonialis*, cum omnibus suis sacrificiis, abolita, prorsus, atque destructa, fuisset, *Templi*, etiam, intima, quae *Velum* secludebat, perforata, eodem isto tempore, atque soluta, fuerint, cui meditationi, utpote *Scripturis*

(s) *Hocis Ebr.* in *Matth.* XXVII. si. p. m. 388. (t) *I. c. VI. n. 6.* (u) *Concord. Evang.* ad *Matth.* XXVII. si. fol. 1655. (u) *In Harm. Evang.*

*Sacris consonae*, cum LUNDIO, & LIGHTFOOTO, ut ceteros, a *Aenechio* (x) allegatos, non attingamus, locum, & nos, relinquimus. *Judeos*, interim, hoc miraculum, in *Joma*, cum tamen, ibidem, aliorum multorum, mentionem injiciant, quae XL. annis, ante ultimam *Tempti* vastationem, observata essent, prorsus, praetermissa, DRUSIUM mirari non oportebat, cum ab hostibus, *Optimi SERVATORIS*, insensissimis pro statibilienda Istius gloria, luculentius istiusmodi testimonium, expectari non poterat.

§. VI. Missis, *Sancti Sanctorum*, *Velis*, ad Portam *Sanctuarii* nos convertimus, quae splendore suo, ipsum ingressum, in *Sanctum Sanctorum*, superabat. Valvae Istius aureis testa erant laminis, & supra ipsam, *Candelabrum aureum HELENAE*, Regis *Adjabenorum*, MONOBAZI, Matris, cum *Vite HERODIS Aurea*, cuius botti ex gemmis, omnium generum, pretiosissimis, efficti erant, conspiciebatur. Cum omnibus, autem, hisce, utcunq; demum, ea se habuerint, *Velum*, pretiosissimum, *Babylonicum*, in eadem ista *Porta*, suspensum, apte, componi posse, vel solus JOSEPHUS, (y) qui magnificantiam Illius, mirum in modum, praedicat, testimonio suo, ad prime, confirmat. Narrat enim, iste, quod *Velum*, dictum, fuerit πέπλος βαβυλῶνος, ποιητὴς ἐξ ιακώβης οὐδὲ Κύρσῃ, κοκκὶ γέ καὶ πορφύρᾳ, θεαματικὸς εἰργαστέος, seu, variegatum ex *hyacintho*, *byssō*, *cocco*, & *purpurea*, mimbriter elaboratum. Forma ejus, externa, omnium rerum imaginem, referebat, dum *coecum*, *ignem*, *byssus*, *terram*, *hyacinthus*, *aërem*, & *purpura*, denique, *mare*; vel vario-

(x) *Comment. in Matth. XXVII.* (y) *De Bello Jud. Libr. VI. Cap. VI.*  
edit. Lat. Graece, autem, edit. a. 1549. Cap. XIV. fol. 84z.

variorum, quibus imbuti erant, colorum, vel, natalis, quoque, loci, dum *bijum*, terra, purpuram, autem, mare pro-gignat, intuitu, representabat. Neque, etiam, stellarum imagines, in eodem isto, desiderabantur. Dicit, enim, JOSEPHUS, (z) οὐτεγέγραπτο δὲ ὁ πέπλος πάσαν τὴν ἡ-έριον θεωρίαν, πλὴν γάδιων; quae verba, RUFFINUS, ita vertit: *Quod in eo perscripta fuerit omnis coeli ratio, praeter signa.* SELDENUS, (a) ut haec, quodammodo, illustreret, adnotat, quod τὰ γάδια, in *Volo Herodiano*, nonnisi, animalia defigunt, siquidem, ipse JOSEPHUS, in *Volo Mo-saico*, quod, alibi, (b) omnium generum, floribus, varie-gatum fuisse, affirmet, in verbis: ἀ πόσμοις εἴναι ἔμελλον, πλὴν γάδων μορφής, (rebus aliis omnibus intertextis,) quae orna-mento esse possent, exceptis animalium figuris: similiter, animalia tantum, sommoveat, &, non ea quidem, solummodo, quae in *Zodiaco*, sed ista, etiam, quae in toto coeli ambitu, quia in HEMISPHERIO SEPTENTRIONALI *Ille sus Major, Minor, Draco, Cygnus, Anguis, Aquila, Delphinus, Equus minor, et Pegasus*, sint; in MERIDIONALI, autem, *Cetus, Lepus, Canis, major, & minor, Centaurus, Corvus, Hydra, Lupus, Pisces, & Pavo*, reperiantur. Cum, vero, du-bium, adhuc, remaneat; Utrum reliqua, tamen, in coe-lo, signa, & asterismi, in *Peplo Babylonico*, expressa fuerint? SELDENUS, potissimum, arbitratur, quod, Quæstionis affirmativa doctrinæ *Talmudicæ*, omnino, adveretur. Sequentem, enim, in *Gemara Babylonica*, extare legem: **לא תשׂו את רעשו כדור הארץ שמשין לפניכם במרות כוֹן חַמָּה וְלִבְנֵי כָּכָבִים וְמֶלֶאכִים** Non facies mi-cum, scilicet, non facies imagines, instar ministrorum, q*i* coram me, superius, ministrant, veluti soli, Lunæ, signorum, siderum, aut Angelorum, ministrantium. MAIMONIDES, item, aliique, legem hanc, rigorose, adeo, interpretantur, ut, ne in tabula quidem, sive, plano,

fi-

(z) *I. c. (a) de Jure Nat. & Gent. Libr. II. c. VI. p. m. 195. seqq.*(b) *Antiq. L. III. Cap. V.*

figuras istiusmodi pingere, concessum sit, cui observatio-  
ni laudatus SELDENUS, hanc cautelam, insuper, afflit, si nempe, *ornatus*, aut *elegantia, solummodo, intendatur*. At enim vero, nos, salva CL. Viri auctoritate, firmiter, potius, tenemus, quod, cum *Cherubini*, qui angelos re-  
praesentabant, & in *Velo Sancti Sanctorum*, *ornatus gratia*,  
*picti* erant, legem hanc, per quam angelorum, etiam,  
imagines improbantur, non laeserint; multo minus ast-  
rismi, in *Peplo HERODIS Babylonio* conspicui, candem  
istam violare potuerint.

§. VII. PORTA Atri, hoc in *Templo*, valvis carebat,  
quoniam, ut JOSEPHUS (c) tradit *coelum, und que,*  
*conspicuum, lateque patens*, significare debebat. Hac in  
Porta LUNDIUS, (d) ex R. *Juda Leone, Volum*, itidem,  
pretiosissimum, peperdisse, existimat, quale, tamen, non  
JOSEPHUS, tantum, nullibi, commemorat, sed, re ipsa  
potius, quodammodo, inficiatur. Cum, enim, Porta haec  
Coelum, undeaque conspicuum, referre, ac intuen-  
tibus interiorem *parietum deaurorum, Candelabri HELE-*  
*NAE, & Viti HERODIS aureae*, splendorem exhibere  
debuerit, necessarium, omnino, erat, ut eadem, quoque,  
ista, adaperata, quovis tempore, maneret. Concidit, E.,  
CL VIRI exceptio, quasi *velum* hoc, ut contempla-  
nitium prospectum admitteret, saepius, redditum, quodue  
*Velo* pretiosiori, vilius aliud, ex lino confectionum, superad-  
ditum fuerit; siquidem JOSEPHUS, (e) cuius testimonio,  
unice, tueri, iste se discipit, de *Tabernaculi*, non, autem, de  
*Templi Herodiani*, VELIS, quorum conditionem, ultimo  
demum loco, levi, etiam, penicillo adumbravimus, quae-  
ve, expugnata, per VESPASIANUM, *Hierosolymorum ur-*  
*be*, ac *Templo* destructo, cum aliis rebus perierunt, nec  
unquam, iterum redintegrata sunt, de fer-  
mocinatur

SOLI DEO GLORIA

(c) de Bell. Jud. Libr. VI. Cap. VI. (d) I. c. Libr. II, Cap. XI, n. 45, 46,  
47. (e) L. III. Antiq. C. V.

64199.

AB 64-199

ULB Halle  
001 970 631

3




TA → 2c

TD 17



# Farbkarte #13



B.I.G.

Black

כְּתָה  
DE

ELLIS  
RNACVLI  
ATQVE  
MPLI.  
ISPICIIS  
IAE MAGNIFICENTISSIMI  
PRINCIPIS REGII,  
RICI AVGVSTI  
S SAXONICI HEREDIS  
PRAESIDIO  
CHRISTOPHORI  
ANNSHAVSEN,  
FACVLT. PHIL. SENIORIS,  
CAD. DIRECTORIS.  
ITORIO MAJORI  
L. A. O. R. MDCCXVIII  
COMMENTABITVR  
VCTOR  
TRVS BRASCHIVS,  
MEGAPOLITANVS.  
O SCHROEDERIANO, ACAD. TYP.